rat in miōribꝫ gradibꝫ ꝺstituta. nō obstat
q effcūs gratie quo ad ūra canonicalia
differetur vel impediretur. ꝺico q nō. q̄a
ūra canonicalia habebit saltē aptitudie
vel ꝺico q illa ūra canonicalia habebit
que canonicus eccl̄ie p̄nt ⁊ ꝺbēt ꝺpetere scz
que variabūtur ꝑm q variabitur ḡdus.
et ꝑm antiquitatē ip̄or ac ꝑm ordinē re-
cepcōis ꝑsone. ad ista facit m fili qō mo
ta. ⁊ eius ꝺcīo. de reg. iur. inspicimus. li.
vi. in nouella.

De impetracōibꝫ ⁊ ſꝛptis ad bñficia.

Papa ꝺcessit du- dcccxxxix.
naceñ. ꝑ ori q nullū i monasterio suo seu
in aliqua alia eccl̄iarū sui ordinis teneāt
recipe aūctē lr̄arū aplicarū. misi de eor or
dine fecerint mencōnē hꝫ suppositio q̄dam
impetrauit ad collacōnē vel p̄ntacōem ta
lis p̄oris scz ordinis sancti bñdicti talis
dioc̄. et ille p̄or seu p̄oratꝰ eius erat ordis
cluniacēñ. et de cluniacēñ. ordie nulla in li
teris mētio habebatur. tādē vacāte q̄dā
eccl̄ia ad collacōz vel p̄ntacōnē illius p̄o-
ris ptinēte. impetrās ea acceptauit ⁊ fecit
sibi. puideri. p̄or aūt ille vm alteri illā ec
clesiā ꝺtulit seu ad eam p̄ntauit qui dicit
aplicū impetrantē nō ꝺbere dcām eccl̄iam
obtinere. q ille p̄or ē ordinis cluniacēñ.
et de ordie cluniacēñ. in lr̄is nulla mentio
erat fcā. et q ordo sancti bñdicti ē alius
ordo ⁊ distīctus ab ordine cluniacēñ. et
ideo p lr̄as illas aplicas nō p̄t dici q ille
p̄or q nō est ordinis sancti bñdicti hꝫ clu-
niacēñ. sit grauatus. ar. ad p̄missa. p p̄ma
cōne. de ſꝛp. cū ordinē. p scḋa m. e. ti. hꝫ
mificāte. et. c. ra dulphus. Aplicus aūt
dicit q immo ꝺz obtinere dicto p̄uilegio
seu qō de cluniacēñ. ordie in suis lr̄is nul-
la fiat mētio nō obstañ. q ꝺstat de certo
noie p̄oris seu p̄oratus ḡuati per illa que
fūt in lr̄is. cū in tota illa dioc̄. in qua impe
trauit et de qua fit mētio in suis lr̄is null⁹
fit alius p̄oratus. vel p̄or eius ꝺdez nomis
immo nec eiusdē ordinis sancti bñdicti
nec cluniacēñ. ñ ille et cū de corpe constat
falsa ꝺmōstratio vel error q̄litatis exp̄sse
nō vicīat. ar. no. p Inno. in dcō. c. hꝫ mfi-
cante. et insti. de lega. C. h q̄s in noie. ff. de
ꝺdi. et de. l. falsa. nec obstat. c. cū ordinē.
q loquitur de cistercien. nō cluniacēñ. vel
satis ē facta mētio. ex quo fit mentio san
cti bñdicti. in ⁊ sub cuius honore p̄ona-
tu et regla ⁊ cē. ordo cluniacēñ. ē fundatus
et ꝺco q forte colores habituū diuersifi-
cētur. ñ est essentialiter eadem regla. et
idē ordo licz forsan in aliqbꝫ accidētalibꝫ
ꝺstitucōibꝫ diuersificetur. Facit qō no. de
elec. in. c. i. sup x̄to. vel habitus. i cle. nec
obstat dictū p̄uilegiū ꝺcessum cluniacē.
q loquitur ⁊ intelligi ꝺbz de eccl̄ijs sui or-
dinis regl̄aribꝫ. qō patꝫ p verbū recipe ibi
positū. q ꝑrie in suis eccl̄ijs regl̄aribꝫ pu
ta p̄oratibꝫ vel alijs bñficijs ꝺsuetis illis
de eor religione assignari dicūtur aliquē
vel aliquos recipe hic aūt nō est eccl̄ia de

qua agitur regularū nec de eor religione ꝺsueta alicui eor assignari. immo est ecclia sec̃laris ꝺsueta secularibꝫ assignari clericis. ad collacōnē tūm vel pūtacōnē eorū seu dicti ꝑoratus ordinis cluniacēn. pertinēs in q̄ nō dicūtur aliquē recipe. ꝫ eā alteri cōferre vel ad eā alterū pūtare. nec etiā in lris aplicis mādatur q̄ apostolicū impetrātē recipiāt. ꝫ scribitur certis executoribꝫ q̄ sibi puideāt. ideo dictū pūilegiū casū istū nō attingit. nec obstat qđ no. p Inno. de pben. p illor. in pma glo. ubi vidē notare q̄ noie eccl̄arū suarū venirent ille eccie in q̄bꝫ habēt aliqđ ms. et sumitur appellatio illa suarū valde large. q̄ ibi erat alia forma q̄ in pūilegio pdcō et ad alū effectū scribebatur nā ibi scribebatur ut archiep̄us burdegalen. in aliq̄ eccl̄arū suarū ubi expedire ꝺgnosceret cōpetens bñficiū illi clerico facēt assignari. et ideo large extenditur vbū suarū. quia quale cūq; ms ad eū ptineret ibi p̄t cl'ico bñficiū assignare. hic vero ꝓprie q̄ cōcedebatur cluniacēn. nei suo monasterio vel aliq̄ eccl̄arū suarū aliquē recipe teneantur. misi tē. et ideo soluz intelligitur de illis in quibꝫ ꝓprie dicūtur aliquē vel aliquos recipe qđ ē solū in suis regl'aribꝫ et ꝺsuetis suis religiosis assignari. et de t. p q̄bꝫ cū eis scribitur mādatur q̄ recipiant vel alteri ut ab eis aliquem recipi faciāt. et in eis. nō aūt ē ita de eccl̄is alīs secl'aribꝫ. licz ad eor collacōnē pūtacōnez vel aliā dispoicōnē ptineāt in quibꝫ ꝓpe non recipiūt. ꝫ alīs ꝺferūt vel ad eas psentāt. Item etiā hoc pz q̄ dr in pūilegio. nec in monasterio nec in aliq̄ alia eccl̄arū sui ordis et sic cū dicto alia copulatio aliarū ecclesiarū cū monasterio implicet filiationē q̄litatis intelligendū ē de alīs eccl̄is regularibꝫ sui ordinis. ut in hac qualitate cū monasterio ꝺueniat. nā relatiuū diuersitatis aliud vel alia. lz referat diuersum in suppositō. refert tm idē seu ꝺsimile in substantia seu qualitate. ut no. Io. an. in nouella. post Io. mo. de pben. cū in illis. li. vi. circa fi. sup glo. electio. in fi. et etiam copulatio diuersor copulatorꝫ lz etiam ꝺiūgē vel copulare ſb fili q̄litate. ff. de fun

to instruc. sepe. C. g gayo. de pnu. lega. nā qđ liquide. C. fi. nec obstat. c. significāte. nec. c. radulphus. q̄ ut p̄dixi hic alias ꝺstabat de certo corpe p̄oratus vel p̄oris grauati. ideo error qualitatis nō dz vitiare. ar. no. ibi p Inno. et p hac pte obtinuit etiā de ꝺsilio oim nemie diserepāte.

De ꝺsuetudine. dcccxl.

Vtrum valeat ꝺsuetudo anglicana q̄ rex possit cognoscere et habere iurisdictionem in clericos solutos in actionibꝫ ciuilibꝫ etiā psonalibꝫ mere vel crmīalibꝫ ubi agitur ciuiliter et vidē q̄ nō p ea que no. Inno. de so. ꝺpe. postulasti. ultra medium. et p archiđ. in. c. romana. m. ij. glo. e. ti. li. vi. p̄sertim q̄ est ꝺtra libertatē eccl̄iasticam et sanctor patrū institutā. g tē. ar. de hijs q̄ fi. a ma. p. ca. c. i. nūc to. c. ij. de so. compe. Item quia talis ꝺsuetudo ē cōtra p̄ceptū pḣibitiuuz negatiuū. ut dicto. c. ij. cui renūciare exp̄sse nō potest. ut ibi no. et pba. e. ti. c. si diligenti. et ar. no. C. ne fideiussor. do. dentur. l. ij. in fi. g multo fortius nec tacite. p̄cepta enim negatiua obligant sp̄ ad sp̄. ut furtuz nō facies et filia. licz affirmatiua obligent sp̄ ꝫ nō ad semp̄ ꝫm theologos. Item quia talis ꝺsuetudo est ꝺtra g̃ale statutū eccl̄ie. p̄sertim introductum in honorem totius ordinis clericalis nedū clericatus anglicanum. immo et vniuersalis. g clerus anglicanus tacite ꝺsentiendo aut assentiēdo tali abusui nō poterit p̄textu talis cōsuetudinis ei ꝛogare. ar. xxv. q. ij. sūt quidā. et ar. no. p Inno. ō ꝺsue. sup. ℞ica. circa medū. Item q̄ talis ꝺsuetudo est ꝺtra exemp̄cōz diuinā. p quā exempti sūt clerici a iurisdictiōe p̄cipū secl'arū. mx ea q̄ no. Inno. de ma. et obe. c. si q̄s. Item q̄ ē ꝺtra institutionē eccl̄ie. g tē. ar. de tēp. or. c. ij. Item hec ꝺsuetudo vidē exp̄sse ꝛprobata. ō ꝺsue. ad nr̄am. Item p ꝫ bñ faciūt no. p archi. de cle. ꝺiūga. c. i. li. vi. sup verbo. cōdemnari. et p hosti. et Io. in nouella. de oblig. ad ratio. c. i. Item ꝺtra p̄cepta non potest induci consuetudo p̄sertim per eum qui nō potest cōtrariam legē vel p̄ceptum statuere. ut no. Innoc. de consue. in ℞ica. circa fi. nec

obstat si dicatur q̄ eccl̄a ang̃licana nec rex obseruarūt illud statutū. et sic nō vi3 dētur ligari nec ex ꝟ trās gressores illus ar. iiij. di. leges. iunctis no. de treuga. et pace. c. i. in fi. ij. glo. Item q̄ ꝑpa ꝟ scuit et sp tolerauit. q̄ cū fuerit ius ꝓhibituū et ab exempcōne diuina ꝓcedēs. ut no. Inno. de ma. et obe. si quis. et p ꝯseqūs cō trariū essꝫ peccatū. nō possint dici ex hoc ee excusati quātocūq; etiā tēpore in ꝺtrariuz sint abusi. q̄ tāto sūt grauiora peccata q̄. ut de ꝺsue. c. fi. cū ꝺcor. nec ꝟ casu vid3 suffi cere tolerātia ꝑpe. ar. de p̄bē. cū iā ducū. i fi. et no. p Innoc. in ℟ica. de ꝺsue. et dato q̄ ꝑpter scandalū q̄a alias ꝓhibere non poterat tolerauit nō ꝑpter hoc appᵗobasse censetur. nec cōsuetudinē voluisse introduci. ar. no. p Inno. in ℟ica. de ꝺsue. et de p̄scrip. michil. nec obstat etiā si dicatur q̄ ꝑpa nō potuit clerū anglicanū p̄uilegiare in p̄udiciū regis anglie. cui in oēs antecꝫ xp̄us venerat iurisdictō ꝺpetebat q̄a istud p̄uilegiū z hec libertas concessa est clericis a xp̄o in quē oēs imperium fuit transmissum z in tēpalibz z spūalibz iuxta no. in. c. nouit. de iudi. et p Innoc. de vo. et et vo. redemp. q̄ sup hꝭs et de fo. cōpe. licz. et q̄ clerici sūt spūales z in spūalibz ꝑpaz solū seu iudices eccl̄asticos se posse intromittere. p̄uilegiū gn̄ale fuit datuz a deo iuxta. c. quātocūq; de iud. et no. p Inno. de sen. ex. c. nouerit. circa p̄n. nec per ꝺns obstat quod dicebatur p allegantez ꝓ pte ista q̄ papa exp̄sse p̄stat̄ in iure q̄ non vult derogare iurisdictōi regis anglie. q̄n si sint le. cām. cū si. q̄ ut in p̄missis p3 in clericos nullam iurisdictōnem habet nec habere potest.

De ꝺsuetudine. decexli.

Vtrum valeat ꝺsuetudo q̄ epūs in iudicio aduersu suo possit ponere vnū canonicū cui statim rn̄deatur sicut vni alteri canonico in qualibz eccl̄iarū sue dioc. et ciuitatis etiā nō obstāte certo numero canonicoꝝ etiā iuramēto vel añexate aplicatōe ꝺfirmato. in q̄bz tn̄ eccl̄ias al' p̄bēdarū distinctio nō hētur. et vid3 q̄ sic. q̄ in electionibz et beneficioꝝ collacōibz ꝺsuetudo spectatur. ut no. Inno. de elec. cū eccl̄ia vulterana. in fi. ꝓ hoc. q̄ etiā de ꝺsuetudine eccl̄ie ad reges aliquos ptinet ius ꝺferēdi p̄bendas. ut no. spe. in ti. ne se. vacā. ad fi. et facit q̄ no. de imperatore. in ti. de p̄ben. Q. restat. ad fi. et p archidi. de p̄bē. c. ij. in pnk. glo. li. vi. nec vid3 obstare numerus q̄a p p̄uilegiū potest derogari numero. ut patz quotidie in gratijs aplicis ubi ponitur nō obstañ. de numero ad q̄. de ℟ipt. institutus. igitur ꝓ ꝺsuetudinē q̄ videtur parificari. ar. no. p glo. de ele. cumana. in p̄n. et p Inno. de ꝺsue. sup ℟ica. ad finē. z clarius p glo. de iudi. nouit. sup verbo. ꝺsuetudinē. ꝟ ad hāc parificatōem potes dare instantiā quia interdū potest p̄uilegiū q̄ nō potest ꝺsuetudo iuris. ut in cle. religiosi. in fi. cū ibi no. de p̄uile. et ibi sep̄ h aliq̄s alios casus. Itē nec videt obstare si dicatur q̄ p talē ꝺsuetudinē minuū possꝫ grauari eccl̄ia cum possent ꝑpter mortē vel translatōnē in tantū multiplicari nomi epi. q̄ si eoꝝ quilibz poneret vnuz etiā minuū grauaretur eccl̄ia nec sufficēnt ommbz facultates. igitur tanꝫ onerosa eccl̄ie nō vid3 q̄ valeat. ut ex. de cōsue. c. i. li. vi. ar. ad hec. in aut. ut deter mīatus sit numerus clericoꝝ. et in aut. de mensura ordi. p totū. iūcta. C. de epi. et cle. i eccl̄ijs. et no. de instit. e. añexate. C. de sacro sanc. nō plures. q̄ potest rn̄deri q̄ sustinenda sit quousq; veniat casus. p quē racōne talis multiplicatōnis grauetur eccl̄ia. et q̄ tūc ad tēpus talis cōsuetudo restringat nec dz inspici casus aduerse fortune q̄ si ꝑtextu mortis multiplicētur eiꝰ scopi rē. et etiam sicut poterunt mori epi sic et. canonici. sic etiam poterit redigi ad statutū numerū canonicoꝝ. et non est bona ñtia cōsuetudo est onerosa. ꝫ nō valet. q̄ hm ꝟ omis ꝺsuetudo que essꝫ eccl̄ie alicui onerosa nō valeret q̄d videret absurdum. cū sit dare nōnullas eccl̄ie ꝺsuetudines onerosas q̄ valēt. ut p3 i ꝺsuetudinibz q̄ vna eccl̄ia de alia eligere teneatur. Item q̄ illi ad quos de iure ꝺmum ptinet electō tenentur admittē extraneos ad eligendu. Itē q̄ ad vnū epm vel eccl̄iam spectat iurisdictō pertinēs ad alīū epm vel eccl̄iam. Itē q̄ habz visitacōnem vel ꝑ curacōem

in alia eccia. Item q vna eccia sit alij pensionaria vel censualis. Item q vna eccia percipiat decimas infra territoriū alterius. Item q archidiaconus percipiat palefredum in installacone plati. Sic de multis alijs. Pfm si loqmur de consuetudine tati tepis de quo nō extat memoria. ar. no. p archi. de elec. gnali. sup vbo. consuetudie. li. vi. ibi per Jo. mo. in. ij. deō. glo. lez adhuc possz euadi p no. p Jo. an. in glo. sup vbo. antiq. nec obstat si dicatur q ppter illū q nouiter ponetur sup numerū minuetur aliox portiones. quia illa diminucō modicum cuilibz ascēdit. puta si sint ibi. xxiij. canonici cuilibz nō diminuitur n̄ xxiij. pars. et de tli modico nō ē curādū et pfm qa cetera pistū supaddituū in oneribz pvices singuloz sustinedis releuabūtur quia de facili pt redigi ad numerū statutū aliq forsan ce dēte vel decedēte. et q ec pistū augmētabitur cultus diuus z huitū eccie. et isto nō mirū si ptextu consuetudinis modicū dānū singlox aliqualr toleretur. pfm in honorē epi q ē caput dioc. et q in oc casu do aduentu psidētis consuetudines sibi solite sūt huāde. ff. de offi. pcōsu. et lega. obsuare. Cantecqz. h eni exq fit ptextu consuetudinis fiet seu censebitur fieri aūcte iuris. et sic nō poterit dici iniurioso cuius durū et rigoroso cū ius aliqn pmittat q aliqs alicui patiatur pudiciū etiā sine culpa. cuius nō sine cā. ut ex ut lic. nō de. qn frequenter. Ci. si aūt. cū regla iuris. sine culpa. diuncto q dz q execūtio iuris non hz iniuriā. ff. de iniu. iniuriarū. Ci. i. et. ff. q et a qbz pscripsit. p ista pte etiā bn facit. q in progatiuis qs mater eccia sic ē eccia cathedralis seu psidens in eade put ē epūs sibi vendicat in sbditis eccie sue filiabz cō suetudo ē attēdēda. ar. no. p Jnno. de ecedifi. ad audientiā. in fi.

De consuetudine. Rica. de pac. dcccxliij.

Consuetudo ē in quo dālo q de omibus que acquirūt diuges seu eox quilibz debz quilibz hāre ptē mediaz. ut si vir acqrat de suo aliqua bona mobilia vel immobilia. de consuetudine uxor in illis bonis debz habere dimidiā. et ecōtra si uxor acquirat aliq eox acqritur viro media ps. h supposito vir quādā volens emere de sua pecunia domū vel castrū vel vineā vel aliā rē percipit seu emit cū uxore q ipa mil petet in illa re p virū acqrēda vtute illius consuetudinis. et uxor sibi pactū de h facit. et p pactū renūciauit oīi iuri ptextu dicte consuetudinis. aut alias si dicta re acquirēda p virū petituro queritur an valuerit renūciacō. et vidz q nō. qa facta fuit donacōnis cā. et donacō inter virū z uxorē ē phibita. et p hoc alle. in spāli. l. ij. C. fi. ff. de dona. inter vi. et ux. et. l. se. et p h ec. e. ti. l. si sponsus. C. si donacōns. et. C. si uxor vel maritus. et maxime si valeret tlis renūciacō possent se diuges mutuo amore spoliare. et sic hz locū ratio. l. phibēt donacōes inter cōiuges. ff. de dona. inter vi. et ux. l. i. in oppositū vidz q p talē donacōnē uxor nō efficitur pauperior. si non acquirat. l z vir locupletior efficiatur. g vidētur q valeat. ar. ff. de donac. inter vi. et ux. si sponsus. C. si maritus. et. C. si qs rogatus. et. l. h si vir lana. C. q vir uxori. et. C. q legatur. qa nō amare. nec tāq int se infestos reputēda ē phibicō iuris fcā de donacōe inter diuges. ut. l. si id qd. C. si qs. ff. de dona. inter vi. et ux. et ad ista cō traria patz solutio. qa ibi donator efficiebatur pauperior hic nō. et hoc latius poterit expediri p ea q scripsi in margine. uxe. C. si maritus. in. l. si sponsus. supra alle.

De consuetudine. dcccxliij.

Utrū valeat statutuz vel consuetudo facta in cilio puincziali q archiepus metropolitanus possit cognoscere de causis subditoz suoz suffraganeoz. etiā eis inuitis i sua pa scz metropolitanā dioc. vidz q non inuitis subditis suffraganeoz. ut no. Jo. an. in nouel. de offi. lega. c. nouit. sup' pma glo. ibi epm. et p no. p eū de fo. compe. ē. signficasti. sup. ij. glo. in fi. et in facto erat ita. quia in quadam puincia erāt multe constitucōes puinciales inter cetera cauebatur ibi. q archiepūs metropolitanus hāret execucōez illarū constitucōnū

tã in sua dioc·q̃ in dioc· suffraganeoꝝ· et tam in subditos suos sue dioc·q̃ etiaz in subditos suoꝝ suffraganeoꝝ etiã p excessibz nõ ꝺmissis in dioc·ipius metropolitañ·querebatur anvtute harũ cõstitutionũ metropolitanus possit exercere cẽsuras ꝛ astringẽ subditos suffraganeoꝝ et eos vocare ad suã dioc·et foruz suũ p excessibz vel ꝺtractibz extra dioc·metropolitañ· ꝺmissis vel imitis·et q̃dã tenebant q̃ nõ sme volũtate ipoꝝ subditoꝝ·p q̃bz bñ facit glo·p dcã· Tez etiã illa glo·facit ad vnã aliã qõnẽ· nunq̃d archiepus tholosanus possit ꝺare archiepo anxitañ· territoriũ tholosañ·ut possit distringẽ sbditũ ipius archiepi tholosañ·et erat i facto·q̃ cũ q̃dam officiales regis ꝺdissent aliq̃ dãra seu aliqs excessus ꝺmissent anxitañ·ꝺtra archiepm anxitañ·seu eius gẽtes q̃ morabantur illi officiales regis tholosañ·req̃rebatur archieps tholosanus seu eius officialis q̃ p̃cederẽt p censuras·et alia iuris remedia ꝺtra eos·rñdebat archiepus tholosanus q̃ nõ auderet ꝓpter eoꝝ potẽtiã·sz libẽter dabo vobis hic territoriũ ꝛ procedatis pro ut vobis videbitur ꝺtra eos· Ipi officiales cõtradicebãt dicẽtes q̃ cis inuitis territoriũ in eoꝝ p̃iudiciũ nõ poterat ꝺcedere anxitañ·req̃rebatur an posz et lz quidã dicerẽt q̃ nõ· sz tñ casu crederẽ q̃ immo·exquo ipsemet tholosanus in eos ꝺgnoscere poterat ratione domicilij vel origims vel etiã exquo anxitañ·in sua dioc·etiã ꝺtra eos poterat cognoscẽ·de excessibz p eos ꝺmissis rõne delicti·p no·in ea glo· Jo·an·in·c·nouit sup·i·glo·de offi·lega·

¶ De electõne· ꝺcccxliiij·

¶ Canonici seu capellani ꝺpromiserũt in tres de ipis·ut scrutatis votis ommũ ꝛ singuloꝝ de caplo illũ eligerẽt in epm i quẽ omes vel maior ps ip oꝝ ꝺuenirẽt ipi scrutatis votis suis p̃mo·et deinde votis aliorũ·repierũt q̃ omes ꝺuenerũt in ꝓpositũ illius eccie·ipi copromissarij illũ solẽmiter elegerũt nõ scrutato p̃us voto suo·q̃ p̃tata sibi electõe ꝺsensit electõm· q̃rit utrũ teneat electõ·quidã dicebãt q̃ non· exquo nõ fuerat scrutatio votũ illius electi qui erat p̃sens·et de capitulo ꝓpter formã ꝓmissi que habebat ut scrutatis votis oim ꝛ singloꝝ ꝛc· Ipi vero nõ fuerũt scrutatio vota oim ꝛ singuloꝝ exquo illũ obmiserũt·q̃ forma mãdati diligẽter est ꝙanda·ut de ẽp·eũ dilecta·ff·manda·diligẽter·et·c·cũ expediat·de elec·li·vj·et·c·ti· cũ dilcũs·Qi·im antiquis·nõ eni impleta ẽ ꝺditio sub qua data ẽ·vel fuit ꝺpromissa ris eligẽdi potestas·scz si scrutatis votis oim ꝛ singloꝝ ꝛc·igitur nec potuerũt eligere· Alij dicebãt q̃ electõ erat de nã·q̃a satis ꝺsentiẽdo electõi declarabat voce suã ille ꝓpositus·g ꝛ c· sed illud nõ seq̃tur q̃ fuerit p sz scrutatio vocẽ ipius·qđ req̃rit forma mãdati ab vbie ꝺati·et notãter dico ab vbie iuẽ no·p Jo·an·in·c·fi·de restiꝛ spo· Inducebãt illi etiã q̃ frustra eius votum i scrutinio fuisz p ꝺpromissarios inquisitũ·cũ ꝛ si fuisz inquisitus nõ posz nec deberet se noiare·q̃ sic ambicõsus esz·arte mstri·ẽ·fi·et si aliũ noiasset illi michil ꝓfecisset cũ ncẽrio exquo omes alij in ipm ꝓpositũ ꝺueniebãt ipe eligẽdus erat igitur nõ fuit magnũ meo ꝺuemẽs si eius votũ scrutati nõ fuerint·cũ illud scrutatuz nõ ꝓdesset·ut ar·l·aliq̃n·cũ concor·ff·ad velleia·

¶ De renũciacõne· ꝺcccxlv·

¶ Patronus clericus p̃mo p̃ntauit epo ·A·epus antez̃ vellet illũ admitteret mstituere p̃misit edictũ·ut si quis vellet se opponere certa die ꝺpareret quo termio edicti pendẽte dictus·a·p̃ntatus in mambz ipius prom solus renũciauit p̃sentatiom sue ꝛ iuri sibi p eã quesito·quo fcõ dictus p̃nous quidã canonicꝰ cessit seu ꝺcessit p illa vice ius p̃sentãdi·ut suo nomine quẽ vellet p̃ntaret·q̃ canonicus presentauit eidẽ epo·b·et tandẽ antez̃ eps dictũ·b·p̃ntatũ scõo mstituere t·a p̃mus p̃ntatus in mambz epi iterũ renunciauit iuri suo·q̃ p̃mo renũciauerat in mambus patrom·et tũc epus·b·scõo p̃ntatuz admisit ꝛ mstituit postea vero epus p̃tẽdẽs scõam p̃ntacõem nõ tenuisse·et p ꝺseqns nec mstitucõem subsecutã ex ea qꝫ prons antez̃ p̃mus in mambz epi renũciasz·nõ poterat scõm scz·b·p̃ntare·qꝫ erat p̃nous clericus cui nõ permittitur variare·et p̃r

cõsequẽs nec dcũs canonicus cui ptãtem
pñtandi cesserat eũdẽ. b. potuerat pñta-
re. et sic ex hꝫ ptãtẽ cferẽdi ad se ptinere
iure deuoluto. ex eo qa post renũciacõnẽ
pmi scz. A. pronus aut alius eius nomie
nullũ pñtauerat infra tpa debita. bñficiũ
illud ctulit aũcte ordinaria. et tãqꝫ iure
ad eũ p prom negligẽtiã deuoluto. cui dã
. c. tãdẽ aũt demẽs in noticiaz cuiusdã. de
expectãtis aũcte aplica. ad collacõnẽ di
cti epi bñficiũ illud infra tps debituz. ipe
. d. aplicus impetrãs acceptauit et sibi ob
tinuit. puideri p executorẽ suũ de bñficio.
Queritur qs dictoꝝ. a. b. c. d. in dcõ bñfi
cio sit potior. et p quẽcũq dctione huius
qõnis exp̃misso themate formãtur seqñ-
tia dubia. Primo an dcũs. a. pmo pñtat?
potuerit in mambz solius prom clerici re
nũciare et eius renũciacõ valuerit p̃sertim
postqꝫ pñtatio iam erat dlata7 exhibita
superiori scz epo. et fuerat dictũ qd sic. p no.
p Jo. an. in. c. si electio. de elec. li. vi. cũ re-
missionibz. ibi facti. q iuri nõdũ qsito in
mambz solius inferioris renũciari pt ar.
no. p archi. de offi. lega. c. deliberacõne. C.
fi. circa fi. Secõo an dcũs pronus potuerit
cedẽ seu dcedere illa vice ius seu ptãtem
pñtandi illi canonico seu alteri et fuit dic-
tũ qd sic. exquo bñficiũ vacabat. ar. c. cõ
stitutus. de dcess. plẽ. cũ ibi no. p Jnno. et
no. p eũ. c. dilecto. de elec. Tercõ an dato
qd renũciatio nõ fuisset facta in mambz pa
troni p ipm. a. pmo pñtatũ. vel facta nõ
fuisset de iure. si pendeñ. p secucõe pñtatio-
nis sue pmus pronus. secõum scz. b. pñta-
uit seu canonicus p dcũs seu alius eius no
mie. si pmo pñtato postea iuri suo debite i
mambz epi renũciãte talis secõa pñtatio
sit admittẽda p ep̃m. et videt qd nõ. qa fcã
fuit pendeñ. pma pñtacõne ipius. a. et sic
nulla fuit ipo iure qa nõ licuit tali prono
clerico nec alij eius noie demẽti variare
de iure patro. cũ aũt. et sic scz deuenit ad
casuz quo fieri potuit scz quia pmus pre-
sentatus renunciauit iuri suo. non ꝓpter
hoc validatur. ar. reg. iuris. non firmatur
tractu temporis rc. de reg. iuris. li. vi. credo
tamen qd sit admittenda. si patronus pe-
tat eam admitti vel alius eius nomie. qa
petẽdo eam admitti satis videtur eam de
nouo facẽ exquo suã obtinet voluntatẽ.
et ita qsi ut ex nũc sumat vires suas cũ nõ
retro supserit. ar. ff. de offi. pcõsu. et lega.
. l. obtinare. C. fi. cũ iuribz ibi alle. et. c. li. de
ꝓcurã. li. vi. et p hꝫ bñ facẽ cle. cũ ci quẽ. de
dcess. plẽ. et idẽ credere etiã si nõ petit eã
admitti. dũ tñ nõ reuocet aliã faciẽdo hꝫ in
eadẽ volũtate pistat. et ipam et pñtatus
scõs petit eã admitti. qa satis pronus vi-
detur eã nouiter facẽ. exq̃ in eaccẽ volun-
tate pistit. et pmittit eũ p̃sequi illã pñta
tionẽ. ar. dicti. C. fi. cũ iuribz ibi alle. et ar.
de supplẽ. ne. pla. sanct. cũ ibi no. et sic mul-
to fortius credo qd si postqꝫ pmus scõo re
nũciauit episcopus illũ scõm instituit. et
pronus nõ dtradixit. qd valeat institutio.
et idẽ si tũc pronus nescit hꝫ postea ratũ
habuit. qa sufficit ratihabitio prom. ar. de
iure pro. cura. et. c. suggestũ. et no exp̃s-
se p hosti. in suma. de iur. pro. C. fi. q̃ inter
q̃bz differant. v. qd si eccia vacañ. p p̃-
missis etiã facẽ. qa q̃ patit qõ pt impedire
dsentire vidz. ut. l. sepe. C. cur aũt. ff. de re
iud. iunc no. ff. de pig. fidei ussor. C. pr. et p
dp. in reg. iur. q̃ tacet. et. ne gra. is q̃ tacet.
de re. iur. li. vi. p pmissis etiã bñ facit qõ
no. archid. d elec. sicẽ in fi. ñ. glo. li. vi. ms
mo forsan posset dici. qd etiã absq; nouo cõ-
sensu prom. ista scõa noua pñtacõ sumat
vires nec pronus possit dtra venire. qa ab
inicio i sui p̃iudiciũ tenuerat. ar. ff. de ser-
ui. rusti. p di. p fundu. et cõi. p di. l. ñ. et. l.
fi. nec pmittendũ ẽ sibi venire dtra factum
suũ. ar. l. post mortẽ. ff. de adop. nõ enim ab
inicio simplr erat nulla. msi in fauorẽ p̃m
cui p̃iudicari p scõam pñtacõnẽ nõ debuit
nec potuit. g cessante fauore p̃m cessabit
inualiditas scõe pñtacõnis et sumet vi-
res efficaces. ar. dcõ ꝓ iuriũ. l. p fundũ. et
. l. fi. non enim interest alicuius eã esse nul-
lam. nõ epi. qa lz esset nulla nõ ꝓpter hꝫ ad
eũ ptineret dispositio bñficij. ut. j. dicta. m.
nec p̃mi. q iã renũciauit. nec prom q hoc
nõ posset allegare cũ suã turpitudinẽ alle-
garet. et venire dtra factũ suũ. et qa ut p̃-
missi saltẽ in p̃iudiciũ eius tenuit. igitur
exquo nullus pt prẽdere interesse huius
nullitatis seu inualiditatis. videt qd null?
sit audiẽdus volẽs eũ impedire q̃minus
admittat. qa nõ solet audiri quod nõ int-
est. de elec. cũ inter. R. Quarto dato qd di
ctus pronus dicus pdẽte pñtacõe p̃m

secundū pñtat·quero an ꝓpter hoc ad su periorem scz epm devoluatur dispositio·ut ipo ꝑmo renūciāte eo ipo possit de bñficō disponē qi pronus sic variādo redderet se indignuz·et dico q nō·dū tñ nō psen tauerit indignū·ar·no·in fili·p Innoc·de elec·ꝛ consideramus·in scda glo·in pnci·et sic dico q mlt ut in ꝓcedēti qone dixi·i fi· scda pñtatio possz dici resumere vires vel alias forsan nō possit ꝓpter impedimentū in psona ciusdē scdo pñtari·scda pñta tio sortiri effectuz exquo ꝑmus renūcia uit et scda pñtatio nulla est·si hoc teneas vel alias nō ꝑt sortiri effectū ius pñtādi debz redire ad eundē pronū·et nō devolui tur potestas disponēdi ad supiorē·ar·di ecti·c·si electo·de elec·li·vi·q etiā hz locum in prōmis ꝛ pñtatis·ut ibi no·Jo·an·i no uella·in fi·iij·glo. Sic ex ꝑmissis ꝛ cludo rñsionē ꝓpositē qōnis qs dictoz·a·b·c ·d·sit potior·qz dico q·b·scdo pñtatus p pronū·et dictus·a·qui dicto iuri suo bis renūciauit nulluz ius hz·C·vero cū epus post admissionē ꝛ institucōnē facta de·b· scdo pñtato·et infra tēpus debitū ꝛ tulit etiā nullū ius tenet cū pñtatio scda ipius ·b·facta postq̄z ꝑmus renūciauit i mam bus prōmi fuit bona ꝛ canonica ꝛ admittē da·put etiā fuit p epum admissa·et bñ· tū etiā qz et si nō fuissz tunc bona·sup fit tñ vires post renūciacōnez ꝑmi cessante cā impedimēti ꝛ pronō ꝛ tinuāte volūtatem· q̄si de nouo fuit facta·tū etiā quia epus admisit eā·tū etiā q̄a pronus non ꝑt dici fuisse negligēs nec ad epm per ꝛ sequens etiā iure devoluto pertinuit collatio ꝓpter qō etiā dictus aplicus nullū ius hz.

¶ De filijs psbiteroz. dcccxlvi.

¶ Papa mādauit dispensari cū quodā q̄ erat de psbitero genitus et de soluta·ut possit ꝑmoueri ad oēs ordines ꝛ obti nere etiā bñficiū cū cura·si essz idoneus et nō essz pne incōtinētie imitator·ille autē cui papa ꝛmisit ꝓtendēs se impetrasse ꝛc· dispensauit cū eo·postq̄z ille cū quo sic dis pensatū fuit impetrauit in forma ꝛmūi ad collationē ꝛc·et tandē vacāte illo bñficio cadēte sup gra sua acceptauit infra tēpus debitū·et petijt sibi de illo ꝓuideri·sequēs vero in data q̄ idē bñficiuz acceptauit et fecit sibi ꝓuideri ꝛ in possessionez induci opponit ser dat obiectū de illegitimita te ꝛtra ꝑmū et impugnat ꝑmissam dispē sationē·ꝑmo qz eius mater soluta ex q̄ p psbiteruz fuit genitus erat parrochia na illius psbiteri·et cui idē psbiter minis strauerat eccliastica sacra·ꝑsertim sacrm pemtētie ꝛ eucaristie et de hac qualitate nō fiebat mentio in lris·qō videbatur de bere fieri·qz hm hz erat filia spūalis·et sic cōmiserat nouā formā delicti sc̄z incestus spūalis·ut vidz·ar·xxx·q·i·omes·et·c·sc· Item obicit q tempe obtente dispensati oms ille erat publicus ꝛcubinarius ꝛ ma nifestus·et q ꝓcreauerat liberos ex q̄· dā ꝛcubina quā añ dispensacōnē et tūc et postea tenuerat·et sic dispensacōis māda tū seu ꝛditiones ibi appositē nō fuerūt pu rificate veraciter qz ibi tūc erat pñe incō tinētie imitator·Queritur utrū isti artu culi si alias sint i bona forma sint de bona materia ꝛ admittēdi· et ꝓbari debēat ob stare dispensacōm·tenuerūt dñi q nō·ꝑ mū eni nō obstat·qz pemtētiaria nō ꝛsue uit illā qualitatē etiā si fuissz exꝑssa p illū q̄ impetrat dispensacōnē apponere in lris nec exꝑmere tales extrinsecas q̄litates crimē aggrauātes·ꝑsertim nouā spēm cō cubitus parētū nō inducētes·allegabat no·hosti·de fil·psbr·c·fi·circa fi· et de illa qualitate retulit auditor tūc sc̄z dñs·Jo· bone burse·qui repulsis articlis ꝓuidit et sentētiauit ꝑ ꝑmo in data·cū quo fuerat dispensatuz·asserēs se sup hoc informatuz cū illis ꝛ pemtētiaria·et ꝓbti cū dño flore tin·cardmali tūc sūmo pniario q pniaria non ꝛsueuit exꝑmē illā q̄litatē·Ite qz ꝓpt ām inistracōnē dcōz sacroz nō ꝛtrahit ꝓprie cognatio spūalis talis·sicut cū illa quā tenuissz i baptismo·vel cui ministrassz sacrm bapmi·ut in dcō·c·nō·fac no·host· in sūma·ꝛ ognacōe spūali·¶·et an aliq̄s· in fi·Sc̄s obiectus etiā nō obstat·qz il la ꝛba posita in mādato dispēsacōis si sit idoneus ꝛ non pne incōtinētie imitator potius sonāt i quēdā modū ꝛmissarij q̄· liter debeat ꝛ sup q̄bz mgrere instructiuū q̄z in ꝛdicōnē ꝑsertim extrinsecam q̄ red dit mādatū ꝛdicōnale·si dāt sibi certam formā q̄ sme exꝑssiōe etiā intellgētur·ut

in.c.lz.de fil.pbi.ergo rc.facit.ff.de tute. muto.C.sb ditione.de le.i.l.iij.et qō no. Inno.de pbup.dudū.m pn.ij.glo.et glo. Jo.an.in.c.uūdices.de offi.dele.in clem.et qō no. Inno.de trāsla.c.lz.glo.fi.et cū ap pellatū fuisſz ab eo dē dño Jo.et cā appella tionis michi cōmissa fuisſz.de omīū dñoꝝ cōsilio eius sniam confirmau.pertim qz illa ps q̄ dederat articl'os voluntarie coram me cōclusit nec petijt illos articulos admitti. et ideo fui in securo.

De offi.vicar. dcccxlviij.

Epus constituit vicariū suū cui dedit la tissimā ptātē et inter cetera capl'a dedit si bi ptātem dispensandi in oīibz casibz in quibz ipe posset siue aūcte ordinaria siue delegata.etiā aplica sibi omissa vel omit tēda post datā istius vicariatus.ppa mā dauit epo q̄ dispensaret cū quodā illegi timo q̄ posſz ad oēs ordines promoueri et etiā obtinere bñficia curata.si eū reperiret idoneū.et incōtinēcie prne nō imitatorez ut in forma consueta. Queritur an vicarius suus pdcūs posſz cū eo dispensare.et hic sūt due qōnes sub vna.primo an epus pos sit omittere sibi omissa seu cōmittenda ut si postea aliq̄ omittātur.eius omissio vir tute talis cōmissionis p epus facte possit illa expedire. Et hic quidā dicebāt q̄ hic ar.ff.de sui.urba.pdi.si suitus.C.futuro. et qō no.de ec.edi.ad audiētiā.pertim qz epus post omissionē sibi factā pduraūit in eadē ptāte.g̃ extūc videatur recōmi sisse.ar.ff.de offi.pconsul.obsuare.C.fi. maxie qz multa trāseūt cū vmuersitate q̄ committebātur vicario.ar.l.in mocicus.ff. de otrahē.emp.pertim qz facta fuit spēalis expssio.ar.l.i.C.illō.ff.de hē.vel ac.ven. nā sub vniuersitate vemūt futura.ar.l.q̄si tū.in fi.i.sz̄n.ff.de pecul.q̄ ita ocor.cū.l.nō ptvideri.ff.de iudi.et ibi no.p quo.C.de ap.amplioꝝ.C.fi.pertim pp ter id ēptita tē iurisdictōnis q̄ ē inter ptātē seu iurisdi ctionē epi et vicarij seu officialis sui. quia eo ꝛ idē ē ohistoriū. ut in.c.nō putamus. de osue.li.vi.q̄a in hūtibz symbolū rc̄.ar. .l.in rē.C. Itez quecunq̄.ff.de rei ven.C.de adop.cū in adoptiuis.cū ocor.pertim qz se jui posſz mag nū piculū si otradicētur. nā si oporteret epm lōga absentia vel infir mitate impediri.nec posſz officiali vel vica rio suo etiā sibi aūcte aplica cōmissa vel alias cōmittēda committere.sequētur q̄ multa negocia q̄ romana curia nō cōsue uit nisi ordinarijs cōmittē.nec expedita re manerēt q̄ inconuenies vidēt.p q̄ allega tur.qō no.Jo.an.in no uel.de elec.si confir macōnē.li.vi.in illa qōne.an metropolita nus possit omittere ptātem confirmādi ele ctionē fiendā. Alij vero dicebāt otra.q̄a qō nōdū est omitti nō pt.ar.l.nō pt videri.ff.de iudi.et q̄ iurisdictio seu ptās nō dū opetens nōdū videt posse omitti.etiā ut valeat omissio in tempe quo cōpetat.ar. .c.romana.C.i.de offi.ordi.li.vi.Sz Jo.an. ibi rndet.et in.c.si cōfirmacōnez.ibi oino vide.p quo q̄a iurisdictō.q̄ nōdū cōpe tit nō pt ratā habere.ut.l.lz.ff.de uū.g rc. nec an mādari q̄ista equipantur postea ratū hr̄i.vel ante mandari cū ratihabitio retrahatur rmādato anteriori oparetur. ut.l.fi.C.ad macedo.nec obstat q̄ sb vs muersitate mādata vmāt futura q̄ verū ē futura q̄ sūt vel erūt de natura illius vni uersitatis cuiusmōi nō sūt specialr aūcte aplica demandāda q̄ nō otinētur sub po testate ordinaria epi.immo omittitur sibi extrinsecus rtanq̄ vni alteri singlari p sone.et ideo nō vemūt.sicut etiā in fideicō missovniuersali non vemūt ea q̄ here capit extrinsecus et nō iure hereditario. ut.ff.ad trebll'.in fideicōmissoria.C.i.et fi.cū ocor.nec obstant no.in.c.si confirma tionē.q̄a ibi ptās confirmādi electiones metropolitico ordine tēpe omissionis liez tūc nō essz electō facta cōperebat metro politano.et sic cū fieret racōne sue ordina rie ptātis ideo nō mirū si tūc poterat cō mittere.etiā anteq̄ fieret electio cū tunc haberet ptātem inclusam sb vniuersitate iurisdictōnis sue ordinarie.lz exercitium nonduz haberet actu ȝ habitu.ȝin casu nostro epus pdictus nullā ptātez inclu sam sb ptāte ordinaria hēbat i cauȝ omit tēdis sibi aūcte aplica.nec exercitiū actu nec habitu.et ita nō vidēt q̄ aī potuerit omit tere.Secda qō q̄ ei pmisso dubio ē an eps cui cōmissa ē potestas dispensandi p mo dū pmissum possit eā alteri committere

quidam dicebant q̄ nō p̄ c. fi. de offi. dele. ubi vidē textus. Alij vero dicebāt q̄ immo. exquo cū cāe cognitione ē datus sez si ille cū quo esset dispensandū fuerit idoneus et nō fuerit paterne incōtinētie imitator. nam tūc ppter causē cognitōnez annexam censetur non nudus minister nec alias constat q̄ persone industria sit electa. et ideo p̄t omittere. q̄ illud. c. fi. dē beat intelligi q̄n nudū ministeriū dispensandi est commissum sine quacūq; cāe cognitione ut ibi no. p̄ Innoc. et hosti. circā fi. Alij vero dicebāt q̄ ꝛz tūc cū cōmittitur cū causē cognitione seu inquisitōne p̄tās dispensandi. ea q̄ sūt cāe cognitōis omitti possunt. Ea tn̄ que ꝺcernūt factū omissē dispensationis nō p̄nt cōmitti. et sic dicebant q̄ paulus intelligit dictum. c. fi. in cleñ. iudices. de offi. deleg.

¶ De pactis. ꝺcccxlviij.

Casus talis ē. dñs ciuitatis tradidit cuidā pecuniā massam argenti isto pacto q̄ de qualibz libra argenti ad pondus illi redderet centū denarios bonī argēti sicut est illa massa ita q̄ centū denarij sint ponderis in pūcto vnius libre ad pōdus. sunt autez inter illos denarios aliqui leuiores aliq̄ grauiores. mercator autē q̄ de mercibus suis licito mō habz de p̄dicta pecunia vel campsor q̄ emit de ea cū florenis suis ponderat singulos denarios. grauiores intelligit et conflat in massam. et inde lucratur. leuiores postea expendit ꝛ emit inde florenos. queritur nunq̄d lucrū istud sit licitū. ita q̄ non teneatur illud restituere ꝺfessori q̄ habuit istū casū. videbatur illō lucrū illicitū et q̄ ille tenetur ad restitutionē. nam ille p̄mo lucratur cum iactura populi. q̄ licz quilibz denarius valeat duodecim. et expendatur p. xij. denarios. cōiter tn̄ habēs centū de denarijs ꝛz habeat valorē vnius libre masse argenti ad pondus. si habz eos mixtim indifferenter graues ꝛ leues. si tn̄ habz centū leuiores. nō habz valorez tm̄. et pecunia habz multiplicē usum. nam pecunia nō solū expenditur sed etiā thesaurisatur. et si teneat eā aliq̄s in longū tēpus cū pecunia erit interdicta. et nō habebit cursū plus dāmificatur habēs leuiores q̄ bōs mixtis leuiores ꝛ grauiores. Item

ꝺtingit si pecunia interdicatur. Idē si trāsferat eā ad p̄riam alienā. et dñs faciēs talem pecuniā videt velle q̄ expendatur ꝛ cursū habeat ꝛ cōiter eā tradat. et ꝛz nō ind̄icat talē ꝺflationē fieri satis tūm verisimile ē q̄ nolit eā fieri. et q̄ velit rei publice fieri illud comodū q̄ pecūia eox plus valeat Sed nus vero reuerēdus dñs sic dic̄ q̄ tale lucrū ē licitū. q̄ ille ꝺflat rem q̄ legitime sua est. et potest de ea facere q̄d vult. et ꝛz cētū denarij leuiores mius valeāt q̄ vna libra ad pondus. tūm sic nō sufficit nec facit lucrū illicitū q̄a ꝺceptō q̄ nō transcendit dimidiū iusti p̄ij ē licita. et p̄ceps ꝺcedit ꝺtrahentibz q̄ mutuo se decipiāt. et q̄libet duodenus habeat de cōi cursu qō valeat. xij. denarios et nō aliter allegat. videtur michi q̄ ꝺfessor bñ dicat p̄ rationes suas. Item q̄ si talis electio denariox leuiorum ꝛ debiliox a fortioribz seu grauioribz esset licita ꝛ p̄mitterētur fieri sine peccato. sic posset ꝺtingē a quolibz mercatore. vel alio talē electōez facientē ꝛ sic gnāliter tota pecunia p̄ncipis vel magna ps eius posset legitimo pondere defraudari. et sic eius cursus cōsequēter diminui in valore. qō esset inconuenies. cū nō deceat esse in p̄tate inferioris ordiationes p̄ncipum irritare vel defraudare. ar. iuriū ꝺmunū. in fine. c. quāto. de iur. iur. ubi vidē textus p̄ dicto ꝺfessore. Si enī p̄ceps peccat pecuniā quā facit legitimo pondere defraudādo ut ibi. multo fortius ḡ peccāt inferiores. Item pro ista p̄te videtur textus exp̄ssus si nō calumietur. C. de veteris nūmismat. ptāte. l. i. li. xi. ubi dex. iubet denarios principum aūctate formatos ita tradi ac suscipi ab ementibz ꝛ distrahentibz ut nil omino refragationis seu refutacōis oriat. nec aliq̄d fieri q̄ minus debiti ponderis ꝛ speciei sint. In hac etiā rōne fac. l. q̄cūq; ff. de falsis. ubi p̄hibet ne q̄s possit radēdo vel minuēdo pecuniā immutatē alias p̄nitur pena falsi. Item p̄batur sic. q̄ de iure sūt necessaria tria in q̄libz moneta q̄ritū ad intrinsecā sbam pecunie. s. p̄ba materia. iustū pondus. et imago seu sbscp̄cō p̄ncipis quox altero deficiente nō cēsetur p̄ba moneta sed reproba. ut p̄batur ꝛ no. p̄ dec. ff. de ꝺtrahē. cp. l. i. et in dicta. l. i. C. de veteris nūmismatis

ptāte īuecta. l. quītus. ¶. pnl. ff. de auro. et ar. le. et no. p dec. in dec. c. q̄nto. cū igit̄ p tl'em elec̄onē li foret licita posset in vno de ſb stātialibꝫ defraudari ſcz in pōdere g̃ nō ē licitū. Itē pīceps tl'es denarios faciēdo quor nō ſolēt ſmgli p gētes eis utentes pōderari. forſan ꝓpter eor multitudinē vel valoris cuiuslibꝫ paruitatē ꝛ quor ec̄ ſmgl'os essꝫ q̄ impossibile seu ſaltē mmū difficile p oparios eor seu monetarios pōderare ꝛ sub certo pondē fabricare. videtur īmutē vnū cū alio compensare velle et sic etiā ꝑpensatos expēdi. et p ꝑſ̄s committere fortune q̄s debiliores vel fortiores ſ habeat q̄n p gētes expēdūtur. et etiā eor in trinſecū valorē in pondē ꝑſiſtentē refer re velle nō ad ſmgl'os denarios in ſe ſ̄ ad librā seu marcā eor. et p tale pōdus librā vel marcā facē eos de monetis suis p suas gentes cāp̄ſoribꝫ expediri seu tradi. ¶ Sic g̃ nō vidꝫ q̄ ꝑuati possent mutuē talē ele ctionē denarior debilū a fortioribꝫ facē. q̄ sic auferrēt illā mutuā ꝑpensacōnē ꝛ for tunā. et quo ad pōdus libre vel marce in trinſecā bontatē ad quā pīceps se retu lit ꝛ sic ꝺtra pīcipis intencōnē venirēt. et eius pecuniā legitīo pōdere defraudarēt. q̄ nō vidꝫ ꝺcessibile cū intētio pīcipis re gulet oīa facta sua. et sic nō ly eius ver ba nec eius intētionē fraudare. ff. de legi bus. l. ꝺtra legē. cū cōcor. p ista pte vidꝫ tex. C. de pōderat. et auri illa. li. x. l. i. et. ij. Itē nō licz ꝺtrahentibꝫ circa quātitatē vel qualitatē pōderis vel mensure in mercibꝫ mutuē se recipe. nec circa pōdus vel men surā mercis aliq̄d immutare. ut ex. de ēpt et ven. c. ij. ff. ō dolo malo. arbitrio. C. de eo. ff. de act. emp. l. si q̄s a me. cū ꝺcor. sic er go nec in pōdere pecunie date ꝓ pcio. ut eq̄litas ꝙuetur ubiq̄. nō ob. q̄ ōr p te nētem ꝺtrariū q̄ potest q̄s facē de suo q̄ vult. q̄ illō salua sui g̃a nō ē ſmplr verū p̄ſertz in monetis. ubi tota eius ptās de pendet ab ordiacōne pīcipis ꝛ eius intē tione. C. de fal. mo. p totū. et ītribꝫ ſupus allegꝫ. Itē nō ꝑt quis in suo nec de suo fa cere q̄ vult. p q̄ immittit in debitē aliq̄d in alieno. ꝓut facit iste sic eligēs pecuniā bonā ꝛ debilem alīs tradēdo. g̃ tē. ar. ff. ſ ꝙuit. vendicē. l. ficuti. ¶. aristo. cū ibi no nō obstañ. etiā q̄ dicatur q̄ decepcio non trāſcedēs dīmidiū iusti p̄cij est licita. q̄ ſalua eius g̃a illud nō est verū ſi fiat de loſe. et ex certa eius sciēcia aliq̄d machi nādo ꝺtra eū cū quo ꝺtrahit. ut expresse no. glo. in. l. Itē ſi p̄cio. ¶. quēadmodum. ff. locati. et. ff. de mīor. l. pōponius. ¶. i. alīs est. ¶. ſub. l. in cause. et no. p dec. de emp. et vendi. cū dilecti. et de testi. cām q̄. constat aūt q̄ taliter eligēs pecuniā ex certa ſcia entia ꝛ dolose talem electōem in machinatē p quā aduersarius decipitur. g̃ tē. Itē il la regla q̄ decepcō citra dīmidiā sit licita nō ē vera in decepcōe ꝙuemēte occasione vicij vel defectus rei deducte in cōtractu. ut. l. iul'. in pn̄. et p totū. ff. de act. emp. et ō edil'. edic. p totū. g̃ nec ſi decepcio ꝙuem at ex decepcōne vicij pecunie. ꝓut essꝫ in casu hmōi cōms q̄ pecunia ē res deducta in ꝺtractu. et pecunia sic electa ſm intētio nē ordiacōnis pīcipis ē viciosa ut supra declarauī. nā inter ꝺtrahētes dꝫ paritas et equalitas obſuari nec debꝫ vm circa con tractū licere q̄ alij licitū nō existit ut iu ribꝫ dūibꝫ. Itē etiā est magna decepcō et realis ꝛ intētionalis. exquo iste elector pe cunie sciat pecuniaz traditā debilem. et ille ignorat q̄ recepit. q̄ forſan ſi sciret nō reci peret pecuniā. n̄ essꝫ bona. ſm q̄ pīceps or dinauit mercē suā bone pecunie equiualē tē traditurus. g̃ nō ꝑt negari q̄n ibi sit dolus saltē incidēs in ꝺtractu. q̄ dolus ē machinacō q̄dā alterius decipiēdi cā cum aliud ſimulatur ꝛ aliud agitur. ut. l. i. ¶. dolū. ff. de dolo. q̄ dolus incidēs ē purgan dus alias essꝫ ꝺtractus rescindēdus ſi essꝫ bone fidei. vel agi possꝫ ad decepcōem in ꝛe no. in. l. rē maioris p̄cij. C. de rescin. ven. et in dicto. c. cū dilecti. de emp. et ven. ſ̄ mi chi videtur saluo ꝺcilio melioꝛi.

De pactis. decexlix.

Episcopus cantuariceñ. fecit passagiuz cū rege francie q̄ ꝓ certa recōpensacōne transtulit in eum dīmidiā ptem ciuitatis tūc in ſolidū ad epm pīnentē. ſ̄ acto q̄ ſi rex partē quā in eū epus transferebat poneret ex manus suas q̄ ipso iure ps re gis rediret ad ipm epm ꝛ comunū eccle

et etiã data sibi in recompensacõnẽ penes
eccliam remaneret contigit qꝙ in tractatu
pacis mitte cũ rege anglie rex francie trã
stulit terras ducatus aquitanie in regez
anglie inter quas trãstulit oĩa q̃ habe-
bat in comitatu et tota dioc̃. Caturicen̄.
queritur nũquid cũ sit dicta ciuitas seu
ps quã rex francie p illud passagiũ ob-
tinuit trãslata in regẽ anglie sit locus pe-
ne p̃dicte ut deat redire ad dominũ ec
clehe caturicen̄. tanq̃ sit purificata cõdi
tio p̃dicta. et vidz qꝙ nõ. q̃ hoc casu ꝓpter
cãm necessitatis pacis regi sit pmissa aliena-
tio. lz alias esset sibi alienatio ꝓhibita. et
p̃sertim quia transit sub vmbrositate aliarũ
rerũ seu terrarũ. ar. ff. de fundo dot. l. i. ff. ꝺ
otrahen. emp. l. in modicis. ex̄ de iur̃ pro.
ex lris. cũ ibi no. p Inno. ꝙ hoc. ff. dele. ij.
peto. Q. p̃ diũ. ꝙ ista pte bñ facit. ff. de pu
blicanis. l. fi. Q. si ꝓpter necessitatem. et. l. ce
sar. ꝙ ß etiã bñ facit. ff. locati. l. itẽ q̃ritur.
Q. exercitu. In oppositũ vidz qꝙ etiã si per
modũ vniuersitatis trãsferatur et sb̃ vni-
uersitate michilominus fit locus ductio-
ar. l. fi ita quis. Q. ea lege. ff. de ver. ob. de
leg. ij. peto. Q. fratre. nõ enĩ refert quomõ
extra manũ suã ponat. dũ tñ ponat ut con
seatur p̃missse duencõnis ꝺdicio extitisse.
ar. l. cũ huius. ff. de ver. ob. ff. quẽ admodũ
testa. apte. l. si in duobz. Q. i. quẽ admoduz
ser. amit. q̃ fundũ. ff. de aqua cotid. et esti. l.
ij. Q. quesitũ. C. si mãcipi. ita fuerit ali. ut
manu. l. fi. ꝓ ista pte vidz textus. qꝙ exq̃
ista necessitas alienãdi ex̄ manuz regis p-
uenit occasione regis minoz rex vidz
in culpa. igitur ipi ep̃o teneẽ. ar. l. si mer
ces. Q. culpe. ff. locati. cũ ibi no. cũ turibus
allegatis.

¶ De pactis. Rica. decel.

¶ Sortũ filia totata q̃ promisit p pactuz
iuratum qõ tote cõtenta nulluz ad bona
paterna regressum haberet mtestato pa
tre decedente possit illi succedere. p̃sertim
cũ aliis fratribz z sororibz. Gente. ut audi
tũ in. c. quãmus pactũ. de pact. li. vi. tenet
qꝙ sic. qꝙ pater decedẽdo intestatus vidz
tacite heredibz ꝓ inquiorib̃z reliquisse he-
reditatẽ suã. ut. l. ꝺficiũtur. ff. de iur̃ codi
cillor. Cõstat aũt qꝙ si pater eã instituissz
qꝙ non obstante renũciacõne admittẽda
essz ad hereditatẽ ex nouo iur̃. ar. de renũ.
c. i. et de iur̃ iur̃. c. ad nram. ij. cũ ibi no. fa
cit. ff. de excep. rei iudi. si mater. Q. eandẽ.
cũ ꝺcor. igitur z ab intestato. exquo sic de-
cedẽs p̃ sibi vidz dedisse. p̃sertim qꝙ i du-
bio vidz fuisse intentio renũciatis filie. et
p̃ris totãtis. ne haberet recursuz ad eius
bona otra eius voluntatez. mfrmgẽdo vel
impugnãdo eius iudiciũ si alijs reliquis
set. cũ igitur nulli alteri pater reliquerit
et sic intestatus decedẽs sibi sic z ceteris
reliquit tacite ut dictũ ẽ. g̃ sibi p̃ succe-
dere. nõ obstãte renũciacõne. et p̃sertim
ubi nulli alij liberi maxie masculi existũt
quox fauore vidz p̃ in dubio eã voluisse
renũciare ne p medĩũ filie ad alios noie
eius deueniret hereditas. secus autẽ ubi
nulli sũt liberi masculi ꝛz vel sole alie filie ul
soli ꝺgnati. p̃sertiz femĩtes ex femnea
linea. qꝙ tũc cessat ratio z intentio p̃ris eã
faciẽtis renũciare. et ipius filie. et sic ar-
guitur ab intentione ptiũ ex verisimilibz
arbitrata. ar. iuriũ ꝺmumũ. tenẽt tñ. q̃dã
otra. ꝓpter g̃nalem renũciacõnẽ q̃ etiam
cõcernit z ꝺcernere p̃t etiã successionẽ ab
intestato ut sic exquo sic simplr et g̃nalr
renũciauit utriq; iur̃ renũciasse vidz. ff. ꝺ
succes. edicto. l. fi. Q. ꝛz videndũ. cũ ibi no.
in glo. qui enĩ effuso sermone loq̃tur in
ꝓmptũ incidit piculũ. ar. l. fi. C. de emp.
et ven. ꝓ hoc p̃t induci qõ no. Cy. post pe.
de bella. pti. C. de resandẽda ven. l. rẽ maio
ris. in. vi. q. et Jo. an. in nouel. de emp. et
vendi. c. pnl. sup glo. et rñdẽt ad rationez
gentze. qꝙ illa turis p̃sũpcõ q̃ p̃sumit p̃rem
intestatũ decedẽtẽ tacite ꝓ inquiorib̃z re-
liquisse. tũc hz locũ cũ cũ pr̃ non facit aliquẽ
renũciare. secus si facit aliquẽ renũciare
q̃a tũc quo ad illũ exquo cõstat qꝙ semel
voluit p renũciacõnẽ filiam excludẽ ad
huc eiusdẽ p̃sumitur voluntatis mi ostet
expresse qꝙ sibi dare voluerit. q̃a meritis nõ
certis z cõ. ut. l. ꝺtinuus. Q. cũ ita. ff. de ꝛbo.
ob. Ad alia rõnez dicũt qꝙ immo vidz fu-
isse intencõis oĩ iuri renũciare exquo
g̃nalr z vnĩsaliter renũciauit q̃a q̃ nul-
lũ z oĩa dicit michil excludit. ff. de rebus
dubijs. l. fi is qui ducta. Q. verũ.

¶ De arbitris. Rica.

¶ Compromissum. decli.

est in tres vel in duos ex ipsis quicūq; sm̃t sic q; ipi tres vel duo ex ipis habeant potestatē ꝯgnoscendi r pnūciandi put sibi placebit etiā nō huato ordie iuris et tanq; arbitri r arbitratores aut amicabiles ꝯpositores. postea oēs tres inceperūt pceder ꝯgnoscere in negocio. et processerūt usq; ad sniam simul. sz postea duo soli nō w̃ato tercio qui tñ erat pns. nec erat alias impeditus pnūciauerūt. qritur an pnūciatio tenuerit. Et qdā tenebāt q; nō exquo oēs tres simul inceperāt ꝯgnoscere. p. c. cū plures. de of. dele. li. vj. et p. c. fi. eo. de arbi. li. vj. uncta. l. Item si vnus. C. fi. cū. l. se. ff. de arbi. dicebāt enī q; hic erāt duo ꝯpromissa sc̃z vnū in tres. et aliud in duos. exq; ptes r arbitri elegerūt vnū ꝯpromissuz sc̃z in tres eoz. et ipi oēs tres pceden̄do dimiserūt aliud cōpromissum factū in duos. et ꝯsequēs de isto ꝯpromisso ē iudicā dū tāq; de ꝯpromisso simplr facto in tres cōstat aūt q; si simplr ꝯpromittendo in tres sniа fuisset lata p duos nō teneret si tercius esset ꝯtēptus p iura supius allegata. Item exq; oēs tres simul occupauerunt et de negocio ꝯgnouerūt vidr etiā q; oēs tres debēt pnūciare. ar. ff. de iudi. l. de qua re. Alij tñ cū quibz tūc lz dubius ego erā tenebāt ꝯtra. q; imo valeret sniа duoz exquo ptes eē solis duobz quicūq; essent ex eis pnūciandi deerāt ptātem. exq; enī duo potuissent in oībz pcessisse. lz ꝯgnoscēdo vel deliberādo admiserit tercii nō ꝓpter hoc minus debz valere qđ ipi duo postea fecerūt imo lōge plus. si enī fecerūt plus q; facere teneātur in ꝯgnoscendo lōge melius debz valere sniа. q; q; facit qđ plus est utiq; facit qđ minus ē. qđ sub illo pluri includitur. ꝓ hac pte posset induci qđ no. Inno. i. c. cū ex officio. de ꝓscp. nec obstat. c. cū plures. de of. dele. li. vj. q; ibi non negatur quin si oēs tres cognoscerēt sil. duo aut vnus possent etiā alio vel aliis nō vocatis diffinire. posset enī dici q; possent. q; ex eo q; omnes tres ꝯgnouerūt nō minus imo magis qlibz ꝯgnouit. Et ideo cū nulli tota iurisdictio saltē q; ad exercitiū ꝓ hac fit ita approbata quin etiam penes quēlibz de aliis remāserit etiā q; ad exercitiū exq; quilibz occupauit et quilibz eam exercuit videtur q; si duo aut vnus occupat sibi ptātem pnūciandi postea soli sine alio vel aliis pnūciando debeat tenere sniа sicut r totus pcessus p duos aut vnū pnūciātes a pncipio et occupātes vel occupātez sine alio vel sine aliis tenuisset q; qđ iuris ē de toto pcessu q; ad totū ita debz esse r de qlibz eius pte iuxta. l. q; de tota. ff. de re. ven. Sz hec solutio nō vidr bona. q; imo si oēs ab initio inceperint ꝯgnoscere oēs haberēt diffinire. ut no. glo. i. deo. c. cū plures. supra. vno eorū. ꝓ quo facit. q; in pluribz ordinariis quor quilibz habz ptātē in solidū si oēs incipiāt pceder simul. postea vn̄ sine altero nō pt procedere nec diffinire cessante impedimēto. ut. l. pōpomus. ff. de re iudi. et ibi no. Et no. in. l. duo ex tribus. in pn̄. in eo. ti. Et no. doctores. in. l. i. ff. de of. psul. qđ secus ē in terminis. c. cū plures. qñ ab initio vnus solus occupat q; tūc p occupacōz in tantū sibi appropriatur tota iurisdictio saltē q; ad exercitiū q; penes alios n̄ iste occupās impediatur pceder ligata. ut ibi no. et ideo nō mirū si aliq; nō possunt procedē. et p eandē modū posset respōderi ad. c. fi. et. c. si quē. de ꝓcu. li. vj. dicendo eandē rōez. q; si tres procuratores in solidū cū clausula. q; nō sit melior cōditio occupantis deputati ab initio oēs simul occuparūt q; duo aut vnus soli sine alio vel aliis ē nō impedito vel impeditis procedē posset et si de facto procederēt sicut sibi occupātes approbarēt ptātē q; aliq; postea misi eis impeditis vel volentibz procedē intromittē se nō possent. nec obstat. c. fi. de arbi. nec. l. i. Item si vnus. C. fi. nec. l. seqñs ꝑ alle. q; ibi finaliter fuit ꝓpromissuz in tres hic vero i tres et i duos. nec ꝑ mirū si duo pñt. nec obstat qđ dr q; hic fuerūt duo cōpromissa sc̃z vnū i tres. et aliud i duos. q; dico q; nō ꝓ solū vnū hns duas ptes sc̃z q; oēs tres possent procedē vel ec soli duo. Cū enī dixerit cōpromittimus in tres et i duos illa copula et. nō copulat interpretacōes. ut sit sensus q; facimus vnū compromissuz i tres. et q; facimus vnū aliud i duos sic mitur deducendo illa rō ꝓ copulat inter terminos r est sensus q; nos facimus vnum cōpromissum in tres. sic q; ipi tres et duo ex eis possent ꝯgnoscē seu pceder

Fuit dubtatũ et in conſilijs poſituꝫ per dñm Robertum an ꝓpetua vicaria alicuius eccleſie parrochialis poſſit vmri alicui monaſterio ſiue menſe abbatiali. fuit concluſũ ⁊ reſponſum ꝓ maiorẽ partẽ ꝙ ſic. quia ſicut rectoria parrochialis eccle poteſt vmiri ita ⁊ vicaria ꝓpetua quia beneficiũ eccliaſticuꝫ eſt ⁊ ad oia tenetur vicarius ad que tenetur rector. ut in clem. vnica. de offi. vica. et ſicut epus nõ diſpẽſat cũ rectore ſup etate ita nec cũ ꝓpetuo vicario. ut ibi nota. Jo. an. et pau. ſup verbo. etate. ergo ſicut epus ꝓt vmire rectoriã ita multo fortius vicariam ꝙ minus ius ⁊ maiorẽ utilitatẽ hꝫ vicarius in eccia ꝗ rector. ut in. c. exurpande. de ꝓben. et in alijs iuribꝫ inferius allegãdis. alij vacillando volentes tenere ꝛtrariũ dicebãt ꝙ nõ vmendo ſed ſuppriendo dictaꝫ vicariã poſſet hoc fieri per epum cũ conſenſu ſui capituli iuxta ea ꝙ legũtur ⁊ notãtur ꝓ Inno. et oſtien. in. c. cum acceſſiſſent.

de consti. Preterea absonum videtur q̄ ecclesia parrochialis careat pastore que aut debet regi p̄ pastorem seu rectorem á vicarium ꝑpetuum quātūcūq; fuerit vnita alteri dignitati. ut in. c. extirpande. ¶. quū vero. de p̄ben. de p̄ul. cum plantare. ¶. in eccl̄is. et videtur textus i. c. vnico de cappel. mo. li. vi. allegabātur etiā no. in. c. de monachis. de p̄ben. et in. c. i. e. ti. li. vi. et. c. i. de iur̄ p̄ro. in clem. que omnia iura et nota. p̄cedunt in beneficijs plenarie in temporalibz ad aliquos religiosos spectātibz. ad illa enī tenētur ꝑpetuos vicarios p̄sentare ep̄o instituēdos ad regimē et ad curā aiarum. ut in. c. vnico de cappel. mo. li. vi. et tūc habet locum p̄tensio dictorum iurium. de monachis. et. c. i. de p̄ben. li. vi. et clem. i. de iure p̄ro. At ubi eccl̄ia est vnita mense episcopali vel abbaciali et spectat ad illum pleno iure tam spirituali q̄ temporali tūc potest ibi p̄m vicarius temporalis ad nutum revocabilis ad exercitium cure que principaliter residet in episcopo vel abbate cuius mense est vnita pro hoc allegātur ea que legūtur et notātur per Jo. an. et pau. in clem. frequēs. de excess. pla. super verbo. ad mēsam. et in clem. i. de sēpt. per guil. pau. et in clem. i. de supplē. negl. prela. que nō vendicant sibi locum in beneficijs mensalibz quia illa non dicūtur vacare. ut in. c. frequens. ℣. quidam etiam. et in clem. ne in agro. de sta. mo. ¶. ad hec. et qualem potestatem habent p̄lati in hijs bonis mēsalibus. vide Inno. c. et hosti. de p̄ul. eg. pastoralis. et de sta. mo. c. ij. sup verbo prioratus. per Inno. Dominus tamē robertus dixit collectariū. in. c. sicut vnire. de excess. prela. tenuisse et tenere contrarium videlicet q̄ ꝑpetua vicaria vnri nō p̄t.

De sēptis gratiosis. celxxviij.

Licet in surrogacōne iuris et litis alis cuius defuncti impetrāta a papa debet fieri mentio de beneficijs obtētis quia vim collationis habet ut lite pendēte. c. i. et. ij. li. vi. tamē si quis p̄mo impetrat aliquod beneficium litigiosum a papa tanq̄ vacans per obitum nulla facta mencōne de lite pendentia. fecit tamē mencōnem de oīmbz beneficijs suis p̄r eū obtentis. et si postea cū narracōne p̄me gratie obtinet a papa se surrogari in litem et in ius dicti defuncti nulla facta mencōe in hac surrogacōne de beneficijs obtentis et in alia gratia expressis dixerūt omnes dñi ꝑter hoc secūdā gr̄am nō viciari nec fore surrepticiam. tum q̄ censetur reformatio quedam p̄me gratie in qua non est necesse exp̄mere beneficia antea expressata secundum ordinacōnem nouam domini greg. xi. tum quia in secūda fit plena narracō de prima. immo ad ip̄am est recurrendū. tum quia nunc impetratur idem corpus q̄d tūc ꝑ eādem p̄sonaz et idem modus vacandi exprimitur et defectus m̄p̄ma videlicet lis pendēs tollitur et p̄ hoc solutur oīs obiectus videlicz q̄ nō vigore p̄me que fuit nulla. sed secūde gratie ius impetrās consequitur. de hac decisione vide glo. p̄nl. in. c. si apostolice. de p̄ben. li. vi.

De restitucōe spolij. celxxix.

Petenti se restitui ad prebendam seu possessionem p̄bende dist̄incte quia dicit se spoliatum non sufficit probare stallum sibi in choro et locum in capitulo assignatum vel sibi possessionem traditam per funes campanarum vel cornu altaris quia hec potius fūt iura canonicalia q̄ prebendalia. de preben. relatum. dilectus. et dilecto. de renūc. cum inter. nec etiā sufficeret ad restitucōnem obtinendum quod mādatum esset per capitulum vel aliuz distributorijs vel colonis seu redditurijs predicto prebēdato de fructibus et redditibus illius prebēde respondere nisi ꝑ hec ipsos redditurios paruisse et sibi de fructibus illius aliquid solvisse vel se in possessionem mansi vel fundi spectātium ad

pbendam inductum fuisse ⁊ ipm animo possidendi possessionem fundi seu mansi ingressuz fuisse ⁊ apprehendisse ⁊ usū fuisse corpore enī ⁊ aīmo acquiritur possessio. ff. de acqu. pos. l. i. ℭ. quibz. hoc verū mihi consuetudo essz eccie q̄ p̄dicto vel alio modo acq̄reretur possessio, q̄ bene valeret si probaret eā que si negaretur p̄bare tenētur. de ɔsue. c. ñ. hm Inno. quē ḥ notat in. c. in lris. de resti. spo. et ibi. plene quomō acq̄ritur possessio iuris canonicalis p̄bendalis ⁊ electōnis. vel mihi essz aliquis certus locus reputatus p̄ bēdario talis p̄bende per cuius installacōnem siue inductōem bñ acquiritur possessio hm Inno. ubi. s. et no. de p̄ben. cum qui. et. c. licet. ñ. li. vi. per archidiaconum.

De restitucōne spoliī. cclxxx.

ℭ Sed ex p̄dicta conclusione insurrexit aliud dubiuz vtrū agens possessorio ad p̄bendā teneatur p̄bare mansū seu fundum quē dicit spectare ad p̄bendā cuius possessionē app̄henderat spectasse ⁊ spectare ad prebēdam suam. fuit rnsum ⁊ conclusum q̄ nō. maxime si id p partem aduersam nō negaretur nūc. tum etiā quia illē sapit potius petitoriū videlz p̄bare dnīū. qē adhuc locū nō habz per dictum. c. in lris. et de ordi. cog. c. fi. ut ec. bene. ut nostrum. tum etiā quia tāta ⁊ tam velxmēs p̄sumptio est p possidente ⁊ app̄hendente auctoritate superioris possessionem q̄ nō admittitur p̄batio in contrarium. vel saltem transferretur p̄batio in negantez ꝓpter huiusmodi tam vehementē p̄sumptionē. s. p̄ sup. literis. et. c. fi. ut ec. bene. ut nostrum. minus enī grauaretur agens interdicto cum hmōi p̄bacōne q̄ nō teneatur p̄bare. mihi duo videlicz se spoliatū et se possedisse rem de qua agitur. de offi. dele. consultacōnibz. g ⁊ c.

De restitucōne spoliī. cclxxxi.

ℭ Ex quibz dubitatur fortius utrū vna re p̄bēdali app̄hensa ⁊ spoliata possit ⁊ debeat fieri restitutio ad oēs alias res et ira nunq̄ per p̄bēdarium agentem possessorio app̄hensa seu possessa. vidē q̄ hic qui enī est in possessione partis in possessione totius esse videtur. ff. de seruit. l. i. et. l. vna est via. et q̄ minima p̄tem fundi possidet ⁊ c. ff. de acqu. pos. l. possideri. et q̄ aurē tetigit totū corpus tetigisse vidē. de pen. di. i. vulgaris. que argumta vide per ber. de p̄scp. auditis. super verbo. interrupcōnē. et. m. c. cū bertoldus. de re iudi. super verbo. quo dā iure. sed nō est ita hm ber. ibidem. quod intelligas verū in rebz vel iuribz diuisibilibz ⁊ separatis. in indiuisibilibz ⁊ ntiguis p̄cedūt dicta ura et argumta. sed quātum ad ꝓpositū Inno. et hosti. in dicto. c. in literis. sūt contrariī. hosti. enim dicit possessionē iuris canonicalis vel p̄bendalis nō extendi ad alia nisi ad app̄hensa ⁊ possessa ⁊ p oēs nullā fieri restōnē mihi q̄ ad possessa ⁊ capta. Inno. cē. tenet ntrariū ibi. et in. c. ex parte. c. ti. nā si canonicus utatur aliquo iure canonicali intendens per hoc acquirē possessionem aliorum iurium. scientibz ɔsentientibz ⁊ patientibz hīs ad quos spectat. sufficit quo ad restitucōem consequendam. omniū iuriū canonicaliū. et hāc tenuerunt quasi omnes dominī. et procedit de iuris rigore secundū dn. in. c. p̄mo. de regē. iuē. li. vi. et Inno. hoc idem ibidem vidē sentire videlicz q̄ quandocūq; quis nāciscatur possessionē alicuius rei quā de iure cōmun possidere et tenere potest totum possidere videtur i dicto. c. auditis. de prescrip. et de excep. cum venerabilis. in penulē. glo. facit textus. de resti. spo. cū venissent. nec obstat dictū Inno. in. c. in p̄sentia. post p̄ncī. de p̄ba. quod p̄cedit in adipiscenda possessione nō aūt in recuperanda que est plus p̄uilegiata. de ordi. cog. c. ñ. et. c. fi. de resti. spo. per totum.

De officō vicarii. ℟ica. cclxxxii.

ℭ Si vicarius vel officialis alicuius epi vel alterius p̄lati velim quat in officō sibi cōmisso teneatur dominus. ff. de tribuē. l. si seruus. et duabz le. sequētibz. mihi q̄ cito seuerit purgauerit eius velictū. C. ō exact. et trāsla. mli. āno. li. xñ. l. fi. ut liē. nō ɔtest. c. i. et ea que ibi notā. p quo facit

notata p Inno. de fide instr. quod quibusdam. in pma glo. in fi. facit ut etiaz que legũtur et notãtur in. c. cũ quis. de sen. ex. li. vi. et in re. iud. ratihabitio em. e. li.

¶ Ut lite pendente. Rubrica. cclxxxiij.

Clemẽtina seda ut lite pendẽte non hz locum in romana curia in eo qd ibi statuitur talia in citacõne exprimenda per q bene possit instrui pars citata. nã in loco ubi iudex z partes sũt psentes z pars citatur per nũcium vel cursorem ad dicendum dta omissione potest leuiter si vult recipere habere copiam cõmissionis et ex contentis in eisdem se instruere ad cuius instantiã et super quo commissio est impetrata z causa commissa. imputet ergo sibi si copiam nõ recepit. pterea clem. loquitur quando citatio fit p scriptum. secus vero si per nũcium cuius tamẽ contrarium innuit Jo. an. in dicta cle. m glo. ulti. in fi. sed quicquid sit dominis omissis videbatur sufficere in curia citacõnẽ factam per cursorem ad partem citatã legitime puenisse et p eam litem pendere. quo ad attempta postea reuocanda.

¶ De sma z de re iudicata. cclxxxiiij.

¶ Licet per viam exceptõnis nullitatis possit impediri execuõ sentẽtie que in rẽ transiuit iudicatam. pro ut legitur z notatur per bern. de off. dele. pastoralis. in glo. ad intelligentiam. et per Jo. mo. et Jo. an. de de except. pia. li. vi. et per spe. ti. de executi. sen. ¶. i. in fi. hoc intelligas si in continẽti exceptio hmõi pbetur alias nõ differet executio. prout legitur z notatur per bern. et Inno. de testi. veniens. ij. tamen hmõi executio nõ impeditur per viam actõnis sup nullitate puta pars que nõ appellauit a sententia obtinuit causam cõmitti nullitatis illius alteri auditori seu iudici et petit inhiberi pmo iudici volẽti exequi sententiam suam. iudex post hmõi commissionem z inhibitionem ulterius pcedit ad execucõez petitam. Queritur utrũ valeat hmõi executio facta lite pendente et post inhibicõem. et dicebatur p aliqs qz sic. qz motio litis hmõi nõ impedit execucõnem. put expsse notauit Inno. m. c. cũ in iure peritus. de offi. dele. sup verbo. de mandato. nec inhibitio impedit. qz nõ ẽ legitime facta. de app. nõ solum. m fi. et. c. romana. e. ti. fiat igitur execucio nec p hoc impeditur litis psecutio sup nullitate quia hꝫ est speciale quãdo sũt tres sententie diffinitiue late cõformes. ut in cle. i. de re iudi. que ponit ius nouũ z specialem casum et si obtinebit pdictus agẽs in cã nullitatis etiã obtinebit reuocacõem execucionis. de resti. in integ. suscitata. C. de pe. impa. offe. aut. que supplicacõ. de procura. in nostra. et. c. auditis. de re iud. pastoralis. in cle. Nec obstat. l. si pretor. ff. de iudi. ad fi. ad quã respõdit Inno. in pdcõ. c. cũ in iure multum bene.

¶ De procuratoribz. Rubrica. cclxxxv.

¶ Si contra procuratorem constitutum ad certam causam etiam cum mãdato appellãdi z appellacõem prosequẽdi et qui est litem cõtestatus feratur diffinitiua sẽia a qua nõ ipse sed dominus appellauit. et causam appellacõnis alteri auditori cõmitti obtinuit cora quo libellũ dedit alios qz procuratores simpliciter z sine procuracõe ad eandẽ causam astituit qui dũ onus procuracõnis recipere recusasset. Primus procurator in hac secũda instãtia ulterius processit usq; ad cõclusionẽ inclusiue. Dubitat utrũ valuerit processus in seda instantia habitus cum hmõi procuratore. Aliqui volentes sustinere processum dicebãt qd sic. nam ipse per litis cõtestacõem in pma instãtia factus erat dominus litis z totius cause et sic nec tacite nec expsse sine causa poterat reuocari inuitus. de procu. c. ij. li. vi. cũ ibi notatis. preterea licet dominus appellauerit per hmõi appellacõem procuratorẽ suũ non reuocauit immo potius factũ suũ approbauit. p. l. iij. ¶. falsus. ff. rem ratha. et. ff. de iudi. liez. et no. de re iud. c. i. Ite multi ponderauerũt dñi hꝫ dicẽtes qd seda astitutio procuratoris nõ habuit effectuz qd contra dictõnẽ eorũdem. ergo pinde est ac si nõ fuisset facta. de elec. si electio. li.

vi. de transla. inter corpalia. Alij maior pars de quox numero ego eram tenuerũt contrariũ non ponderãdo appellationem sed comparicõnem et alios actus presertim substãtiales quos exercuit et fecit in scba instantia tomius pncipalis in ppria psona videlicz impetrãdo cõmissiones z dando libellum sme ptestacõne per quos actus nõ est dubium siue ante siue post lic. contest. tacite procuratorem reuocari. ut in. c. si quẽ. de procura. li. vi. Preterea dando scõum pmum reuocare censetur. de pcura. non minus te. cũ ibi no. etiam si secundus procurator mandatuz suscipere noluerit bm Jo. an. in. c. si duo. in pma glo. de procura. li. vi. q̃ alle. C. posteriorẽ. insti. quibz mo. testa. infir. ubi dr qd secundum testamentũ rumpit pmum. licet in secundo testamento aliqs hyres nõ sit vel esse voluerit de quo etiam remittit Jo. an. ubi supra ad spe. ti. de pcura. C. racõne autẽ forme. ff. sed cũ dato secũdo. Idẽ tenet archidi. in. c. liez. de pcura. e. li. q̃ alle. ff. de adi. lega. l. et si transferam. et. l. legatum. C. pater. Jo. an. in nouell. in dicto. c. si duo. sup predicta glo. allegat pro ctrario. ff. qñ liceat ab emp. discede. l. si id quod. ubi remittit etiã ad notata per eũ post Dy. in regula nõ prestat de re. iuẽ. li. vi. et ad notata in. C. pterea. insti. quibz mo. tolli. obli. in glo. sed que. Ad illud quod dicebatur p alios dños de lic. ctesta. per quã factus erat dñs litis Rñdetur qd liez factus sit quis tomimus litis per litis contesta. hoc est illius instãtie tamẽ nõ est factus tomimus cause finita instantia. ergo finita instantia p sententiaz ãmodo cessat potestas acquisita per litis cõtestacõnem. cessat enim potestas data ad appellandũ z appellacõnez psequendũ ppter appellacõnem interpositam per dñm z prosecutionem eius dẽ ar. c. si quẽ. superius alleg.

De appellacõibz et de fide instrumentox ac de cfessis. cclxxxvi.

Licet quis pducat appellacõem ptis aduerse quãtũ facit pro se z contra ptẽ aduersam et nõ aliter nec ultra si aliqua cõtinentur in ea que sunt z faciũt ctra eum illa sibi nõ nocent. tum ppter protestacõnem premissam que multũ interdũ prodest. et ius cõseruat qd sme protestatione amitteretur. de consti. cũ. M. de excumana. qõ metus causa. c. i. de hõmic. pnis. li. vi. et de procur. si quem. e. li. tum qz contenta in eadem appellacõne sunt verba narratiua partis et notarij. et non sunt sua nec sunt dispositiua ergo nichil probãt. de puis. si papa. li. vi. et de pcur. si quẽ. e. li. et de sen. excõ. si sumus. in clemẽ. secus vero si esset appellacõ ppria vel propriũ instrumentum. quia tũc narratis in illis staretur contra eũ. nec posset recipere partem pro se et ptẽ contra se. de fide instru. imputari. de q̃ ad plenũ per Inno. de excep. cũ venerabilis. et de cõsti. cũ olim.

De causa possessionis z ppetatis et de appellacõibz. cclxxxvij.

Si quis suspendit petitorium vtriusq partis procedendo in solo possessorio et pronũcietur ex aliqua causa suspensionẽ huiusmodi locũ nõ habere et appellatur ab huiusmodi pronũciacõne et auditor deferat et nichilominus postea in petitorio procedat processus est nullus quia ppter delationem dsmebat esse iudex in toto. de appella. cum appellacõibus. li. vi. et sic processus ruit tanq̃ a non iudice factus de iudi. at si clerici. cum si. De hac conclusione bene dubitabam nec in eã consentiebam simpliciter quia possessio z ppietas ml cõmune habent. ut in. l. naturalis. C. nichil cõmune. ff. de acquir. poss. licet igitur expedierit possessorium sic pronũciando et etiam deferendo et quo ad hoc dederit esse iudex. tamen nichilominus adhuc remanet iudex in petitorio quod etiam fuit sibi omissum. et adhuc restabat expediendũ. ar. iurium. c. i. et. ij. et. c. cũ dilectus. de causa poss. et ppie. de testi. significauerũt. de iudi. c. fi. cum simi.

De exceptionibus. Rubrica.

Si p impetrantẽ cõmis- cclxxxviij.
sionem narretur clare de iure suo et non

de iure partis aduerse constare et propter hoc dicatur siue excipiatur ꝺcta eandem p̄ partē aduersam duas sentētias pro se habētem surrepticiam commissionē huiusmodi exceptō nō est admittēda quia est peremptoria cōcernēs principale negocium que nō admittitur contra literas nec litis ꝺcti actōnē impedit. de lit. ꝺcti. c. ij. li. vi. et no. p Inno. in. c. ex parte. h. regime. super ꝺbo assignatū. de fo. cōpe. et ibi pt. sup literē.

De rēptis. Rica. eclxxxix.

Si episcopus habēs potestatem a p̄pa prouidēdi tribz p̄soms de canonicatibus et prebēnd. eccl'ie siue si collato per eū canonicatu vel reseruata sibi p̄benda nulli alteri de iure debita cū vacauerit cōferēda et ante huiusmodi vacatōem prebē de et collationis moriatur episcopus michi nimus iste cui canonicatus est collatus p̄bendam postea vacantem poterit acceptare. ratio qua gratia iam erat facta que nō expirat p obitum concedētis. de offi. dele. si super. li. vi. tum etiā qua ratione canonicatus debebatur sibi p̄bēda. de p̄bē. relatum. facit. c. si is cui. et. c. quodam. de prebē. li. vi.

De rēptis. et de offi. lega. ccxc.

Legatus de latere sup pluralitate beneficiorū incompatibiliū nō potest dispēsare quia hoc solus papa potest. ut no. h. er. et tan. in. c. dudum. de elec. et hertho. brixen. in canon. sanctorū. lxx. di. et her. et Innoc. in. c. de multa. de p̄ben. in fi. ut de hoc plene per Jo. an. in nouel. qui recitat ibidē omēs opiniones ꝺctorū et distinctionem hosti. in. c. literas. de cōcess. p̄ben. et archid. in. c. i. de ꝺcta. idē dicit et cōcludit q̄ hoc habz stilus curie. p quo stilo allegat una noua. vide li. c. super eo. et. c. nō pt. de p̄ben. in. rēptis. li. vi. et. c. cū singula. et. li. et de offi. ord. c. ordinarij locorū. eli. rem tēs. ad exē. in. m. q̄. videdū restat. ꝺ. illud. et. ꝺ. seq̄n. et. ꝺ. sed nūquid epūs. de quo etiā p guil. de monte lau. in ꝺcti. execrabilis Jo. p̄pe. xxij.

De renūcia. et de appel. ccxci.

Licet appellacōm interponēde ab interlocutoria vel diffinitiua sūa possit per pactū renūciari p. l. ul. C. de tēp. ap. sme pacto tamē simpliciter nō valet hmōi renūciatio et sic nō obstat. ff. de re. iu. non pt. ubi ꝺr q̄ iuri futuro nō pt q̄s renūciare. quod verū ē simpliciter sed p pactuz sicut in. l. post q̄z. C. de pct. et nōt glo. ordma ria. in. c. ex multiplici. de rei. et ibi p gof. quem allegat archid. et sic solut. et rationem diuersitatis ponit. ij. q. vi. si aūt. ubi idē tenet Jo. hoc idē etiā vidt tenere berar. arbi. cū dilectus. in glo. fi. et. c. ti. mnotuit. p Inno. super ꝺbo. recepta. in fi. idē etiā tenet Jo. an. in nouel. de app. c. fi. li. vi. in qōne. utrū statutum episcopi q̄ a sua interlocutoria non valeat appellari teneat spe. vidt tenere cōtrariuz. ti. de appel. C. in quibz ꝺ. quid si cōuenit. In alio vero. C. salicz fi. c. ti. in fi. tenet cū p̄mis ꝛlis si fiat pactum p̄dictum ante lit. ꝺcta. vel post siue ante sentētiam siue post. Legiste tñ distinguūt inter pactum factum in iudicio vel extra iudiciuz. de nō appellando. ut in p̄mo casu valeat factū per vnā partez tātum etiā in absentia alterius p̄tis. et sic loquitur lex. si ante. ff. a quibz appella. nō licez. In secundo casu nō valeat nisi ambe partes paciscantur. vel in p̄sentia vmus p̄tis. et sic loq̄tur. l. ulti. C. de tēp. ap. quā sic intelligit glo. in p̄dicta. l. si ante. quia quidē tacēte et nō cōtradicēte ex quo in eius p̄sentia fit valeret. que distinctio placuit oīmibz dominis. p̄dicta p̄cedunt in expressa renūciacōe per pactum. Sed quid iuris de renuncia cōne tacita. puta fertur sentētia interlocutoria contra me ego infra decēdiū michi datū ad appellādum ꝛpareo cora p̄dicto iudice ꝛ p duco testes vel aliquē aliū actū exēcco nūquid p h̄ renūcio appellacōm p me postea interponēde vidt q̄ sic. quia per talem actus renūciatur appellacōm iā interposite. de offi. dele. gratū. ō ap. so llicitudinē. et de test. cū venissent. g̃ multo fortius interponēde. q̄ facilius renūciatur iuri q̄rendo q̄ quesito. ff. de acq̄r. here. l. is q̄ de iudic. quēdadmodū. de ap. ꝺcti. tutus.

de accusa. super hijs. de plē. si is cui. et. c. quodam. li. vi. et de cō cess. plen. c. fi. e. li. Preterea hoc videtur expssum in. l. ad solutionē. C. de re iudi. ubi dicitur q si condemnatus petat tempus ad soluendum illud ad quod condemnatus est q videtur acquieuisse sententie nec potest appellare Soluco hm Inno. in. c. sollicitudinē superius allegato quia ibi quasi expsse appellationi renūciat appellās vel potius sententie acquieuit sed hic non tum etiā q lex simpliciter concedit q infra. x. dies licitū sit appellare. et sic videtur Inoc. ibidē in hanc partez velimare sup verbo renūciare. Idē tenet in. c. q ad consultationē. de re iud. sup verbo. recipiēs. et Jo. an. in. c. si a iudice. sup verbo. teneri. de appell. vi. cum quo cō cordat hosti ibi. et in. c. significauerūt. de testi. ubi psequitur hāc ultimā cōclusionē dominus t pater meus Jo. de lig. post hosti. distinguēdo sic dicit aut ille actus quē grauatus facit infra. x. dies concernit interlocutoriaz contra ipsum latam aut nō. Si concernit tūc non pt postea appellare q videtur a grauamine recessisse et interlocutōi acquieuisse per. l. ad solucōnem. antedictam. In secūdo vero casu credit opinionē Inno. c. et hosti. verissimā per racōnes superius tactas. crederē q si actus tenderet ad declinandam iurisdictōnē in iudicis q p hūc actum nec renūciatur appellationi interpositę nec interponende de quo ponit Jo. an. exemplū in. c. si a iudice. de appel. superius allegato. secus vero si nō esset talis actus declinatorius iurisdictōis sed potius approbatorius puta si produceret testes i negocio principali. ut in. c. gratū. et in. c. cū venissent. et sim. supi allega.

De electōne. Rubrica. cclxxxxij.

Maior pars dnoz tenuit qd capitulū quā sit. de elec. li. vi. tantū locum habet in electis ad ecclias cathedrales t regulares et nō ad inferiores dignitates per quoz plato. obitum ecclie nō dicūtur viduate nec in eoz electōne seruanda sit forma. c. quia pter. de elec. per racōnes t motiua Jo. mo. et Archidi. in dicto. c. quā sit. licz Jo. an. in nouel. teneat ibidē contrarium pter idemptitatem racōnis et pter tria in eadē cōstitōne expssa. Primo ppter vbum generale scz vacacōnū diuturnitatibz qz ita periculosū ē i inferioribz dignitatibz sicūt superioribus. de concess. plen. nulla. et. c. qz diuersitatem. et. c. post electōnem. Secūdo pderat vba illa dū de statuim. ut si qn aliq electō i aliq eccia fit celebrāda et nō dicitur de eccia vel de eccijs in qua ē magna differētia p ut ipse notauit in clm. i. de plen. super verbo. incerta. et ibi insistēto huic opinioni retorquet quod daz dictum archidi. in. c. ne captā de. de concess. plen. li. vi. et in regu. iuē. in generali. c. li. p Jo. mo. contra eoz opinionez hic positam. Tercō dic optime facere p opinione sua supradicta. Q. fi. v. ceterum. ibi dū dicit. quis electus. ergo de quocūq electo cōfirmando debet intelligi. xix. di. si romanoz. de ma. et ob. solite. cū si. Ad quem motiua rndebatur per dnos pdictos. opi. Jo. mo. et archidi. sequētes q nō est eadem racō in inferioribz dignitatibz que in superioribz. nā non est tantum periculū in diuturnitate vacationū illarū dignitatū sicut superiorū quia nō sunt sponsi eccliarū et ideo in sponsis t pastoribz datur minus tempus ad eligendū. ut patet de elec. ne p defectu. q in alijs. ut i. c. nulla. de cess. plen. et. c. quia diuersitatē. e. ti. de iuē pa. quomā. eam te. et. c. cū pter. et sic nō obstat pmū verbum per ipm ponderatū. scz vacacōnū diuturnitatibus t c. Ad scdum motiuū rndebatur q loquitur de forma et modo eligendi seu electōnis que regulariter si sine impressione t metu fieri potest. debet in eccia vel aliquo loco idoneo t honesto circa ipam eccliam fieri. xxiij. di. i noie dni. de elec. cū terra. et. c. i causis. de ap. q frōte. et. c. constitutus. ad. Q. ceterū. q fortiter vidz obstare et q si singula rē casū ponē et omes electōes confirmadas dilatare rndebatur referri t restringi dumtaxat ad pcedentia. nam talia debet esse subiecta q lia pmittūt eoz pdicata et ea q in pfacōnibz dicuntur in subseqntibz repetita intelligūtur. xxxij. q. vij. aplus. de ap. scdo requris. ff. de ob. l. ticia. Q. idē rndet. Idē q intelligat de gnibz electoz

ibi dē superius exp̄ssatoꝝ ꝛ nō generibꝫ electōnū. verba enī gñalia sepissime restrīgūtur. de p̄bē. cū m illis. li. vi. et. c. i. e. ti. in cle. et quia illa ꝯstitucō est multū penalis. licꝫ in fauorē eccie edita tñ ſ nō obstante nō videtur extendēda sed potiꝰ restrīgēda et in terminis suis tenēda. ar. c. li cet canon. et. c. statutum. de elec. li. vi. et per hoc rñdebatur motiuo dñi cōfessōris. volētis dicere ꝯstitucōem in fauorē ecclie editam quātūcūqꝫ penalez extendibilem ad casus ſmiles et ad hoc induxit multas leges. sed p̄dicti dñi remāserūt in p̄dicta opinione et ꝯclusione licꝫ dñs vuarneñ. quē sup hoc habui ꝯsultuꝫ reputauerit opinionē Jo. an. tutiorem.

¶ De appellacōibꝫ. Rꝫica. cccxciij.

¶ Licet in instrumēto diligētie facto in cācellaria de prosequēdo appellacōnem interpositam a diffinitiua sentētia cōtineatur commissio alterius tenoris q̄ꝫ fuit in iudicio presentata nō noceat dūmodo in vtraqꝫ cōtineātur nomina ꝑsonaruꝫ et iudicis a quo fuit appellatū per que possit apparere de volūtate ꝛ mēte illius volētis appellacōem prosequi que mēs potiꝰ cōsiderāda est q̄ꝫ verba. de ẏbo. ſi g̃. intelligētia. et. c. p̄terea. at hic habemus tam mētem q̄ꝫ verba. ergo ꝛc̄.

¶ De p̄curatoribꝫ. Rꝫica. cccxciiij.

¶ Ad recipiēdū canonicalis iuris vel p̄bē de possessionē requritur ſpēale mādatū. ff. de acqu. pos. l. iij. et faciūt pro hoc no. in. c. accedēs. de p̄ben. ubi dicit glo. in fi. q̄ dominū vel possessio nō acquiritur per negocioꝝ gestorez. ff. de negꝫ. gest. ſi ego. hoc verum ms̄i dñs ratum habeat ut ibi no. in dcā. l. i. ¶. per p̄curatorē. que quidē ratihabitio debet fieri infra idem tempus infra qđ p̄dictus actus deberet expediri p dominuꝫ alias post illud tēpus lapsum nō valeret ratihabitio. ff. rē. ra. ha. l. pnl. Pro hoc ultimo dicto vide Jo. mo. m. c. quā sit. de elec. li. vi. in. ¶. ceterū. sup ẏbo. petere. in ul. q̄one. cōtra tñ p̄dictā cōclusionē vidē facē glo. Jo. an. in cle. j. ut lit. pendē. sup ẏbo. collato. ibi. ſ ubi amicus. Ego credere salua correctōe cōpalem possessionē bñficij que ē facti recipi posse p quēcūqꝫ amicū siue cōsanguineum ſme mādato ſpeciaali qđ hoc p̄t dari ꝛ capi per execōicatū. de preben. p illoꝝ. in fi. et sic p̄t intelligi glo. Jo. an. in cle. i. supius alle. ¶ Secus vero de possessione que multū hꝫ ret iuris siue p quā dominū bñficij vel canonicatus daretur q̄ ſme ſpeciali mandato nō acquirūtur. ut in p̄mis iuribꝫ p quo ultimo dicto facit quedam no. Jo. an. in nouel. de p̄bē. ſi tibi absenti. sup glo. iij. li. vi. et p archiđ. sup ẏbo. collatōem.

¶ De fide instrumētoꝝ. cccxcv.

¶ Instrumēta confecta per notariū siue tabellionē regū p̄latoꝝ et vniuersitatū q̄ ex ꝯsuetudine vel p̄uilegio possunt notarios creare infra territoriū vel iurisdictionē eoꝝ p̄ut legitur ꝛ notatur p Inno. et hosti. de fide instru. cū. p. tabellio. faciunt fidez extra etiā in romana curia dūmodo fuerint infra territoriū ꝯstituētiuꝫ ꝯfecta alias nō. nā ipi extra territoriū siue iurisdictōem ꝯstituētium nulla p̄nt ꝯficere instrumēta q̄ hoc ꝯpetit dū taxat creatis a p̄pa vel impatore ꝑut legitur et no. in dcō. c. cū. p. et plenissime p ſpe. ti. de instru. edict. ¶. restat. ẏ. ſ quid p̄t. et. ẏ. q̄d de hiis. ubi remittit ad sūmaz. hosti. e. ti. videlz de fide instru. ¶. quibꝫ instrumētis. e. ti. ne cle. vel mo. ¶. q̄ sūt. ẏ. q̄d igit̄.

¶ De ſcptis et de p̄bēdis. cccxcvi.

¶ Licꝫ impetrās certū corpus bñficij valorez eiusdē bñficij p eū in gr̃a sua exp̄ſſū p̄bare teneatur etiā ſi nō negetur q̄ ps gr̃e sue ē tūn ſm omes ſ nō p̄cedit in valore p̄bādo bñficij obtenti in gr̃a exp̄ſſo p̄bm ſi illud se obtuleīt dimissurū q̄ tūc essꝫ in dubitatū ſ ſi illud vult retinere cū illo sibi de nouo collato tunc ſm aliquos vidē distinguēdū. Quia aut ē ſmplex bñficiū puta capellania vel fle. et ex p̄ssit bonū ꝛ magnū valorē ꝓpter quē ꝑpa citius grām nō fecisſꝫ q̄ fecit. tūc nō artatur ad p̄bādū. Aut ē digꝫtas vel bñficiū curatū et exp̄mitur valor modicus q̄ tūc p̄sumit̄ qđ volebat ꝑpa recipe et q̄ ista bñficia ꝯsueuerūt ꝛ debēt esse magis pinguia et meliora q̄ꝫ alia. de vi. et ho. cle. ut

quilsqz·et tunc tenetur probare valorem Tutius tñ est hm dños qz aliqualiter p= bet licz nõ ita exacte sicut in ꝑmo casu et hoc verũ si non negetur valor. secus vero si negaretur qz tũc plene ꝓbare teneretur. Ego vero dicebã me nõ legisse qz im= petrans teneretur de valore vel de quacũqz alia q̃litate bñficij obtẽti facere mencõz. Pro quo mduxi ea q̃ le. et no. in cle. i. de p̃ ben. p Jo. an. et pau. verũtñ exq̃ exp̃ssit ad mducendũ papã facilius ꝓ gr̃a sibi facienda id fecisse videtur et p conseqns ad id ꝓbandũ se astrinxisse. de resti. spo. c. i. de ꝓba. licz. qõ credere verũ si negaretur. si vero nõ negaretur valor ꝓbacõ= nem nullã requirere nec credere ꝑ cessũz ex hoc nullũ siue mustũ dumõ de alijs sb stantialibz plene ostaret. Dñs tñ vrbanꝰ papa. vj. m ꝑmordio creacõis sue voluit et ordinauit qz nedũ impetrantes certũ bñfi ciũ vacãs vel certo mõ vacaturũ de valo= re illius tenerẽtur facere mencõz sed eẽ de valore ommũ bñficiorũ q̃ obtineret tẽ= pore impetracõis et hoc hm omunẽ extima tionẽ et nõ hm taxacõz deime qõ est g̃ue alꝰ voluit z decreuit hmõi g̃ias forte nul las et nullius roboris vel momẽti. hoc ve= rũ n̄ ꝓprio motu essent fẽe Jdẽ eẽ voluit et ordinauit in ofirmacõmbz obseruari.

¶ De testibus. ·cexcvij.

¶ Si testis iuratus et examinatus sup cer to articulo dicat et deponat vna die se mi chil scire de dictis in articlo et rediẽs post triduũ dicat et deponat otrariũ eius testi momo videlicz vltimo non creditur. tum qz ꝓpter lõgũ interuallũ. tũ qz ꝑsumitur sb̃ornatus z informatus. tũ qz varius in sua depositione deponẽdo ꝓmo vnũ postea otrariũ hm Jo. ber. Inno. et hosti. in. c. p= terea. de testi. cogẽ. et p spe. ti. de teste. ¶. i. ·v. Jtẽ qz testis ꝓ h̃ eẽ faciũt nõta p her. in. c. cũ cã. in ul. glo. et i. c. vemens. et in. c. cũ in tua. in fi. de testi. secus vero si rediret statũ ad corrigẽdũ dictũ suũ ut in dictis iuribz. et. c. ti. cum clamor.

¶ De consuetudine. et de iureiurando.

¶ Licet quis iuret tpe sue ·cexcviij. receptionis in canonicum seruare statu= ta z consuetudines laudabiles eccie. et postea impetret a ꝑa aliqs porcões seu p̃lẽdam otra consuetudines illius eccie. nõ ceſsetur p= iurus et valz hmõi impetracõ. ꝓhtũ si in g̃= tia hmõi ponãt clausule derogatorie hu= die poni ꝙsuete. videlicz nõ obstãtibz sta tutis z ꝙsuetudinibz eccie ꝙtrarijs ee iura mẽto vel ofirmacõe sedis aplice roborat is et tũc é mdubitatũ p nõ. in. c. cũ aliqbz. de ꝛ̃p. et de p̃bẽ. ei cui. li. vj. et tũc eẽ non ob staret glo. Jo. an. in. c. cũ nõ deceat. sup v̄ bo. statutũ de elec. li. vj. Si vero nõ pone= rẽt dicte clausule derogatorie et esset g̃ia fcã motu ꝓprio dicto iurãti idẽ qz in q̃li= bet iuramẽto intelligit aũctas supiozis excepta. de iureiurã. c. vemẽtes. et ibi nõ. de h̃ p Jo. an. in nouel. Si vero fieret g̃ia ad instãtiã iurãtis dcã statuta tunc possz distigui. qz aut exp̃sse iurauit statuta h̃= uare et omia dcta i eis et sme cã impetra ret ꝙtra ea forte nõ valz ꝙtra illa iuramẽta hmõi impetracõ mihi obtinuissz absolucõz ab hmõi iuramto. Si vero ex aliq̃ cãrõna bili supuemẽti impetrassz valeret z teneret qz i q̃libz iuramto intelligitur si res i eodẽ statu pmãserit. de iureiura. quẽadmodum aut iurat in g̃ne huare omia statuta eccie et tũc ex cã vel sme cã possz impetrare ꝙtra ea. qz nõ é verisile qz voluerit se in tm̃ ar= tare qz nũq̃z ꝙtra illa statuta impetraret. iuramta eni hmõi hm intẽcõz iurãtis sunt interp̃tãda. xxij. q. v. hũane aures. de iu= reiurã. c. vemẽs. et. c. quintauallis. Pro q̃ distinctõne faciũt q̃ legũtur et notãtur in .c. clericos. e. ti. et. c. vemẽs. in nouel. vide pau. in clem. i. de regla.

¶ De ꝛ̃ptis. et de appel. ·cexcix.

¶ Si appellatus post terminũ assignatũ appellãti ad ꝓsequendũ impetret omissionẽ vigore cuius usq; ad dclusionẽ in cã ꝓce datur et postea ps appellãs deceat de dili gẽtia ꝓsecucõis p eũ facta infra termi nũ sibi ꝓfixũ. dixerũt omes dñi decreditor valuisse z valẽ ꝑ cessuz habitũ vigore cõ missiõis andee. Rõ qz exq̃ appellacõ pre dicta nõ fuit dehra utrumq; ps potuit eã ꝓ= seq̃ p. c. oblate. sepe. et. c. ex insinuacõne. de appel. et sic diligentia appellati profit

appellanti. C. de ap. l. eos. de quo tamen vide. s. in conclusione. lxviij. nec tunc habet locum cle. fi appellationem. wap.

De consuetudine. ·ccc·

Sicut canonicatus et prebenda in romana curia vacantes per alicuius obitum optari non possunt vigore consuetudines secundum formam. c. fi. de consue. li. vj. ita nec grossi fructus per dictum canonicum in curia defuncti obtineri possunt optari. ec si illi grossi fructus redirent ad capitulum. prout dns greg. xpa. xj. declarauit per suam bullam in iudicio producendam.

De septis. et de prben. ·cccj·

Purificacionis gre in forma pauperum facta per executores ad instantiam sanguinei impetrantis nullum mandatum super his habentis valz et tenet. Non. qz in hmoi purificacione non requiritur causa cognicio nec ptis vocatis. prout le. et no. per Inno. et hosti. de prsump. c. fi. et de trasla. epi. vel electi. licz in fi. per Inno. et in cle. iudices. de of. del. per Jo. an. et alios. et plene per pau. in cle. cum ei que. de cens. prben. et pt fieri ec ex officio et in absentia impetrantis qz cum alias fuerit exaiatus et in sciencia reptus idoneus et pp rea non sit necessaria sua pntia de sua consacone et vita debz fieri in qlicom in loco ubi conuersatus est. de elec. post cap. de prsup. quosdam. sm pau. q. h nota in dcam cle. sup v. in qlicoz. ubi ec dic sup v. p dcarum. qz non sit necesse licz sit tutum super h pnunciare sz sufficit qz executori constet per formacoz receptam de laudabili vita et conuersacone. et sic sme declaracone pt prudere. vsus tn et stilus habz qz sup h pnuncietur et h tutius qz alias difficulter possit pbari hmoi purificacio. Anvero quecta pso na possit sme mandato acceptare bnficium. vide per Inno. et hosti. de prben. in. c. accepcones. et per archi. de pben. si tibi absenti. sup v. collacone. et ibi per Jo. an. in nouel.

De pcuratoribus. ·ccclj·

Si qs constituat procuratorem ad certam causam specialiter prosequendam et subsequenter constituat alios generaliter ad omnes et singulas causas motas et mouendas prosequendum. primum reuocare non censetur per regulam. generi per specie. de reg. c. i. et de prben. dudum. li. vj. et in regula. generi per specie. de re. iur. e. li. et facit nota per hosti. in. c. in nra. et per Jo. an. in. c. no. in iuste. e. ti. in nouella.

De citacoibz et taxacoibz rerum ablatarum. ·ccclij·

Licet quo ad taxacoz rerum ablatarum per iudicem faciendam ps citra quam ipsa taxacio fieri debz sit citanda tn q ad referendum iuramentum iux formam. c. sup eo. qz metus ca. et. l. si quando. C. unde vi. comm dixerunt potem vocari non esse necessarium licet tutius sit qz fiat. nam exquo iuramentum predictum est necessarium et de necessitate iuris deferendum in odium violenti vel dolosi. ut no. in dictis iuribus partis non interest siue vocetur siue non. per hoc allegabatur. l. que ad modum. ff. de iurisdi. per casum. Secus de iuramento in lite vel decisorio actori. vel reo deferendo iuxta formam. c. fi. de iurisdi. tunc enim bn requiritur ptis vocacio qz sua interest et dicere poterit quelibet ps sibi forte deferendum et qz etiam vna pars poterit alteri referre. ut ibi.

De consuetudine. ·ccclij·

Si mandetur alicui prouideri de maiori prebenda cum vacauerit in certa ecclesia in qua maiores et minores existunt non obstantibz statutis et consuetudinibz illius ecclesie ordinariis quibuscumqz et presertim illis quibz cauetur qz nullus possit habere maiorem nisi primo habeat minorem et gradatim ascendat ad eam. fuit dubitatum vtrum per has clausulas derogatorias consuetudo optandi. de qua in. c. fi. de consuetudine. vj. tollatur. seu verius differat. Et dicebant aliqui dni et maiores ps qz sic attento qz per expressum mandabatur de maiori prebenda prouideri. non obstante consuetudine. Tum etiam qz alias gra impetrantis possit totaliter frustrari per optantem in effectu. qz illam minorem non optatam habere non potest. propter. c. cui de non. de preben. li. vj. quod tamen potuit in casu. c. fi. antedicti. hicqz sunt diuersi casus et non aduersi.

Aliam rationem dicebat dominus Rimo-
sien. quia aliud est ubi sunt gradus pre-
bendarum. et debet fieri ascensus et nō de-
scensus qui nedum p optacōnez sed etiā
p collacōz nouā vel etiā assignationē ca-
pituli fit sepe quā quidē collacōnez siue
assignationē nō est dubiū p deretū pape
impediri. de eccl. p̄ben. ꝑposuit. et cle. cū
quē. e. ti. Aliud vbi nō sunt gradus p̄ben
darum sed omnes prebende appellantur
vna tamē est melior altera si ad illā meli-
orem veniretur tantum p optionem et cō
suetudinem tali cōsuetudini p illas clau
sulas nō derogaretur. qz gīa impetrantis
in non optatis suū posset sortiri effectum
secus vero in casu nostro supradicto. vi-
detur tamen obstare predicte distinctōi
verbum. gradatim. positum in illo textu
quod tamen non refertur ad prebendas
seu gradus p̄bendarū sed ad gradus per
sonarum ꝑut ibidē notat glo. sup eodē
vbo. Preterea vidē etiā obstare glo. ibi
dez sup vbo. meliorū. querens de habēte
maiorem. vtrum possit vigore illius cō
suetudinis optare mmorem. et tenet q̄ sic
quia illa videtur sibi melior que sibi ma-
gis placet. insti. de actio. §. preterea. Sed
intellige glo. non de minori in gradu sed
in valore. Alij dominī tenentes contrariū
dicebant casum verisimilem et possibilem
q̄ nullus curaret optare maiorem et sic
gratia sua posset sortiri effectum. Ad hoc
respondebatur q̄ hoc esset de raro contin-
gentibus ad que iura non adaptantur
sed ad ea que frequenter accidunt. ff. de
legi. nam ad ea. de ap. sepe. sed nīris tēpo-
ribz cupimus augeri nō minui. ascēdere
non descendere de trāsla. quāto. et. c. licz
ergo. xē. quam rationem ultimam alle-
Jo. mo. in. c. cum aliquibus. de ꝛptis. in
casu quasi simli ad materiam. Et vide nō-
per archi. di. xxv. q. ij. in summa in fi. et per
eundem et Jo. an. in. c. si propter tua. de
ꝛptis. li. vj.

¶ De excepcōnibus et de re iudicata.
.ccciiij.

¶ Si petatur execucō alicuius sñie q̄ trā-
fuit in rē iudicatā et ꝓducatur instrumē
tū sñie coīā executorē i q̄ narrat̄ omissio
iudicis sententiam proferentis libelli ob
latio. litis cōtestatio. et alia substantialia
iudicij. et excipitur per illum contra quē
debet fieri execucō de nullitate ꝓcessus et
negentur omnia p̄dicta in dicto instru-
mento contenta. fuit dubitatum cui incū-
bet onus probandi. an excipienti an exe-
cutionem petenti. Ad quod respondebat
ꝑut Innoc. respondet in terminis. de of.
dele. cum in iure peritus. super verbo. de mā
dato. aut continetur in predicto instru-
mento sententie ptem contra quam fuit
lata sententia fuisse presentem aut non.
In p̄mo casu incūbit onus probandi ex-
cipienti. In secundo casu agenti per racō-
nes quas ibi ponit et etiam in. c. quoniaz
contra. de ꝓba. et in. c. in presentia. de re-
nunc. p ber. et hosti. in glo. fi. vide etiam
ber. in. c. ad reprimendā. de of. or. in glo.
fi. et p eūdem de re iudi. sicut. cōpost. in. c.
bone memorie. ma. de elec. tenet idem in
absente p contumaciam cuius ctrarium
videtur innuē Inno. in dicto. c. cū in iu-
re. cuius opinionē scz Inno. intellige in
dicto ctū ace. opinionem vero compost. in
vero. cuius absentiā supplet dei presentia
de dolo et contu. veritatis. de arbitris. c. ci-
li. vj. et C. de iudi. ꝑpendum.

¶ De positionibus et articulis.
.cccv.

¶ Si in prima instantia articuli alicuius
admittantur ad probandum in curia et
extra. licz pars tūc fuerit negligens in p
sequenda seu habenda remissione ad p-
tes. michilominus tñ de benignitate cano
nica. p̄sertim in causa beneficiali. in secun
da instantia, poterit uti et prosequi dictam
remissionem. p. l. p hanc. C. de tēp. ap. et
p. c. cū Johannes. de fide instru. qz pro-
bationes non sunt angustande. de testi. c.
significaut. et. c. altercus.

¶ De procuratoribus. .ccc vj.

¶ Licet procurator constitutus ad cau-
sam recipiat onus dumtaxat ad substitu
endum et substituat. si substitutus dece-
dat vel recedat. michilominus dictus p-
curator substituens tenetur satisfacere

notārijs illūs cause de salarijs eorūm. si pars principalis non sit in curia. que si fuerat p̄sens ad satisfaciendum compellet ratio. quia semel recipiendo onus procurationis ad omnia tenetur que incūbunt et sine quibus lis expediri non poterit. de procura. accedens. et. c. constitutus. ut lite non cont. c. i. de procura. c. i. in clem. alias emm possent fraudes multe fieri. et p rogacōes litium. quibus est occurrendū de dolo. et contu. finem. de offi. ordi. ut litigantes. de resti. spo. frequens. li. vj. cum si. Et etiam notarij in salario eis debito possent defraudari quod esse non debet. q̄ dignus est operarius sua mercede. de prescrip. cum ex officij. de preben. cum secundum apostolum. de magis. super speculacum multis si.

¶ De locato. et conducto. .cccvij.

¶ Lex quicūq; de apocis publicis libro. x. nedū locū habet in censu tributario. ꝛ etiam in quocūq; alio etā emphiteoticario. put nōt spe. ti. de loca. ¶. nūc aliq; v. xxvj. et duobz sequē. et hosti. in sūma. e. ti. ¶. hoc quoq; notandum.

¶ De iudicibus. et statu mo.

.cccviij.

¶ Monachus p̄fessus dtra suū abbatem p alimentis sibi subtractis agere non p̄t p regulā. dolo petit tē. sed p eis sibi mmstrādis in futurū bñ p̄t agere. put legit et notatur. de accusa. ex parte. et faciunt pro primo dicto notata. per Jo. mo. in. c. ordi. de appel. li. vj. super verbo. in expeñ. in fi. glo.

¶ De renūciationibz. .cccix.

¶ Si actor in causa bñficiali ante litis cōtestacōz renūciauerit liti et cause. secūdū maiorē p̄te dñorū nō videtur renūciare iuri sibi p̄ tunc in beneficio competenti. ratio qua aliud est renunciare iuri et aliud liti. de elec. cum inter. ℞. de renunc. sane. et. c. veniens. hoc etiam notat Innocen. in. c. in nostra. super verbo. receptis. de sēptis. in fi. et potest fieri hec renunciatio litis in absentia partis. sm Inno. in. c. cum p̄tem. de pac. sup̄ bo. renūciauit. qui alle. l. post ēē. C. de pac. melius p eum. m dicto. c. veniens. que quidem. l. iuncta. l. omnes. C. de transac. multum videtur obstare predicte conclusiom. Sed respondebatur q̄ loquuntur in p̄p hamis rebus et iuribz cor poralibus quibz sine auctoritate superioris potest renūciari et transferri communiz secus vero in bñficialibz siue rebz spūalibz quibz sine superioris aūcte renūciari nō p̄t de renūc. quod in dubijs. et. c. admonet. Aliqui vero comm sentientes contrariū faciebant differentiam inter renunciare liti dumtaxat et renunciare liti et cause. Nam renūciatio litis videtur respicere instantiam. renūciare liti et cause totū negociū p̄ncipale in iudicio deductū. renūciando igitur liti et cause nedū instātie sed toti negocio p̄ncipali in iudicio deducto renūciare videtur. hoc verū tacite scōm legistas. et post litē motā. alias secus. prout ipi notāt in dcā. l. post ēē. alia enī sunt acta cause. alia litis. put deducit et notat Inno. de testi. cum causam. et Jo. an. in clemen. sepe. de verbo. sig. quorum dictum posset p̄cedere. si sumatur dictio cause p necessario inferente suum causatum. quia tunc consistit in iure. secus vero si sumatur pro controuersia que non est ante litis contestacōz. de ℞. sig. forus. de offi. dele. super questionum. et m. l. hoc amplius. ff. rem. ra. hab. de iurepa. ex litteris. Quot vero modis sumatur dictō cause per Jo. an. vide ple. in nouel. de accu. cum dilectus. de iura. calūp. c. fi. p Jo. mo. li. vj. et in clem. dudum. de sepul. ¶. in studijs. super verbo. ratione vel causa. per pau. Et differentiam inter litem et causam. vide. C. de transac. causas vel lites. in glo. et ut audiui due sine dtrarie olim in palacio apostolico p duos magnos dominos fuerūt p̄mulgate in simili casu. vna fuit lata p dominum guilhelmum de gimello. postea carthaginen. epm dtra p̄mā declusionem. Secunda p dominū petrum de sartinaco postea viuarien. episcopum nunc sancte romane ecclesie Cardinalē. infirmatoriaz prime secundum quem conclusio prima siue opinio confirmatur et corroboratur

valde per stilum et obseruantiam palacij que habet. q̄ auditores renūciacōez litis et cause possunt recipere sed non iuris. misi sibi expresse cōmittatur. de quo tamen alij quidam dubitauerunt. cum ipi ptātez habeant de omnibus incidentibus. dependentibus et connexis cognoscere et diffimere. sed hec renunciatio quando fit in iudicio coram auditore. est vnum de incidentibus. ergo ꝛ cetera. Alij et maior pars dominorum tenuerunt contrarium. tum quia auditores strictissimam habent potestatem et strictiorem q̄ alij delegati qui absoluere possunt ad cautelam. quod tamen auditores sine speciali mandato nō possunt ꝓut legitur et notatur in. c. solet. de sen. ex. li. vj. tum etiam quia facilius potest haberi regressus ad referendarium vel ad dominum vicecancellarium. qui habent potestatem recipiendi resignacōes in curia ergo ꝛ cē. tum etiam quia ꝓcuratores non habent ptātem renunciādi iuri. posset etiam inducere. auditor. de Rep. ad utrāq̄ partem. sed quicquid sit de facto seruatur. q̄ nullus auditor renunciationē iuris in beneficio admittat sed bene litis et cause. nec secundum dominum vinarien. per dictam renunciationem litis et cause vacat bñficiū. et per hoc apparet q̄ alia ē renunciatio litis et cause alia iuris. nec secundum dominum vinarien. per dictam renunciationem litis et cause vacat beneficium seu aliqua vacatio iuris seu tituli inducitur. quod si procederet sepissime multa beneficia vacarent et impetrari possent quod tñ nūq̄ ē auditū vel perceptū. Fatebantur tamen q̄ predicta renunciatio litis et cause bene obstaret postea agere volenti super eodem beneficio. quē admodum pactū de nō petēdo siue de non agēdo obstaret bñ creditori siue dño licet ꝓ illud non perdidisset dominiū. C. de trāsac. l. si pro fundo. ar. eorum que legūtur in. c. i. de lit. cont. li. vj. pro quo etiam induxit vnum dictum Inno. cen. notabile in. c. super hoc. de renunc. videlicet q̄ licet renunciatio facta de beneficio per spoliatum non valeat. ut in. c. sollicite. de restit. spo. tamen pactum factum de non agendo interdicto vñ vi bene obstabit postea agere volenti. prout etiam no. Ber. in. c. ex insinuatione. de procur. Postea vero audiui in quibusdam alijs consilijs allegari vnum textum contra predictaz primam conclusionem pro casu. de crimi. fal. c. fi. vbi obligauit se reus sub piculo cause ꝓbare litteras falsas. per quas actor impetebat eum super ecclesia quam ipe tenebat. sed quia illud non ꝓbauit imponebatur sibi ꝓpetuū silentiū sup ipa ecclesia. sed potest respōderi. q̄ hoc cōtingebat ex vi pacti seu obligatione facta corā ordinario qui potest nedum renunciationem litis recipere sed etiam iuris. de renunc. admonet. et. c. quod in dubijs. Possent etiam contra predictam conclusionē induci et allegari iura omnia que recitantur et allegantur de tacita renūciacōne iuris in bñficio. in. c. ex ore. de hijs q̄ fi. a pla. et clem. gratie. de Reptis. de transac. ex litteris. et de hoc per archidi. vij. q. i. q̄ periculosum qui recitat Inno. in. c. veniens. de renunc. ubi dicit expresse. q̄ si quis renūciat iuri vel seruitui quam habet in aliq̄ re certa. etiam absente domino rei. res fit libera. et eodem modo si renunciat liti. alle. l. post q̄. C. de pac. Ad quod ꝓt responderi ut. s. q̄ omnia loquuntur in rebus et iuribus ꝓhanis. secus in iuribz et rebus ecclesiasticis et spiritualibus que nō possunt acquiri nec dimitti nisi certis modis in iure expressis.

De rerū pmutacōibz. cccx.

Permutatio facta per ordinariū de beneficio spectāte ad pīsentacōnē laici. ipo conscpto et nō vocato. nō est nulla ipo iure sed ānullanda p sniaz si ipe ꝺceptū suū infra tpus infra quod presentare potuit et debuit ꝓsequatur sm dīm fre. de sems in tractatu suo. de rerū pmu. q. xxx. Et alexander de lantilla in repetitione huc cōmento. c. licet. de rerum permu. li. vj. in. ij. ij. parte. q. xvij. alle. c. quod sicut. de elec. et. c. ea noscatur. de hijs que fi. a prela. in quibz ꝺceptus capituli nō reddit actū nullum sed anullandum secundum expositionem hosti. et Jo. an. super verbo. conuenit. allegauit etiam. c. cum in ecclesiarū.

